¶ Nota q ab hostia immolãda tot⁹ sanguis effundebat iuxta altare. Sic iuxta crucẽ xpi que est altare dei.de q̃ edere nõ hñt ptãtez q̃ tabernaculo seruiũt. Hebre.xiij. debem⁹ consumere in penitentia vitam carnis et sanguis Luc.ix. Qui vult venire post me abne.se.id est vitam carnalem et aĩalem et tol.cru.s.Et Gal.ij.xpo cõfixus suz cruci.multi cõsumũt vitam suam inutili labore.sed nõ iuxta crucẽ xpi. ¶ Hec aũt hostia quinqz dz habẽ. Primo dz hostia esse imolata deo per carnis mortificatõem. Secũdo debet esse viuẽs p caritatis feruorẽ. Tercio debet esse sancta p xpi sanctificatõem. Quarto debz esse deo placẽs p hilarem oblatõem. Quinto debet esse ratõnalis.p discretõnis circũspectõem. Primum patet. ¶ Secũdo debet esse viuens hostia:p caritatis feruorem. Et hoc ẽ exhibere deo hostiã viuentẽ.scz p caritatẽ que facit opa viua cũ sit forma xtutũ. Et iõ qui nõ diligit manz in morte et facit opera mortua. Vel viuentẽ p fidẽ que p dilectõez opat.qr fides sine opibus mortua ẽ.vt dr Jaco.ij. Abac.ij. Justus in fide sua viuet. Jn veteri lege offerebat hostia mortua. Et hoc ẽ recte.qr de morte tpali transibãt ad mortem eternã.scz ad carẽtiam visiois diuĩe cui obligati erãt.s mõ cessauit illa obligatio.et aperta est ianua ad vitã. ergo viuens hostia a filijs vite debet offerri. Nota q quidã offerũt hostiã mortuã et nõ viuã.scz qui corpus suũ in ecclesia dei vendicãt sepeliri.et nõ cessant a peccatis. Corp⁹ mortuũ sepelit in ecclesia et aĩa viua in inferno. Luc. xvj. Mortuus ẽ di.⁊ sepul.ĩ inferno. Jtẽ que carnem suã affligũt siue p ieiuniũ siue p oroz siue quocũqz alio mõ ĩ peccato mortali existẽtes. Jt ẽ viri religiosi q̃ corpe sunt in claustro et corde et mente in seculo. Tales iniq̃ diuidunt.qr dant corpus deo et animam seculo. Mors aũt est sepatio aĩe a corpore. et iđo cum sit aĩa in seculo p amorem et ingẽ meditatõ ex.corpus remanet mortuũ in claustro quod offerunt deo. Quia vt dicit Aug. Magis est aĩa vbi amat q̃ vbi aĩmat. Et talibꝫ cum sint ĩ cõtinua morte. est eis claustrũ maxima pena et quasi carcer. Tercio debet hec hostia esse sancta et hoc tripliciter ẽm qđ sanctum tripliciter dicit. Nam sanctum vno mõ idem est q sine terra. Debz eñ hostia nr̃a eẽ sine spe retributõnis terrene sed solũ pro spe retributõis eterne. Math.vj. Nolite thesaurizare vobis the.in ter.the.aũt vo.the.ĩ celis. O deus quot sunt qui tibi seruiũt solũ .p temporali mercede.et qui querũt bonas prebendas.⁊ in om̃ibꝫ spũalibꝫ querũt solũ tempalẽ mercedẽ. Malach.j. Quis est in vobis q̃ claudat hostia ⁊ incendat altare meũ gratuito: Secundo sanctum idem est qđ firmatũ. Debet ergo hostia nostra esse firma et stabilis et perseuerans quia nõ qui ceperit sed q̃ pseuerauerit.hic saluus erit. Math.x. Jn cuius figura cauda animalis semper debebat in sacrificio offerri.vt patet Leui.iij. Tercio sanctuz idez est quod sanguine tinctum. Debz eñ hostia nostra esse tincta virtute sanguinis christi qr nisi sanguis christi stillet super eam nihil valet.eo q non potest nos a peccatis mũdare nisi ĩ virtute sanguinis ei⁹. Hebre.ix. Sanguis christi emundauit cõscientiã nostram ab operibus mortuis. Jn cuius figura in veteri testamento omnia pene mundabantur in sanguĩe et sine sanguinis effusione non fiebat remissio vt dicit apostolus ad Hebre. Quarto debz hostia nostra esse placens deo per hilaritatez vt libenter et nõ cum tristicia et murmure hostiam immolemus.quia hilarem datorem diligit deus.vt dicit apostolus.ij.Cor.ix. Ma. vj. Cum ieiu.no.fi.sicut yp.t. Vel debet esse placens deo per rectam intentõez.vt soli deo placere velimus:et nõ hoĩbꝫ sicut ypocrite Quinto debet esse discreta. Et hoc est rõnabile obsequiũ vestrum sup.sit p discretõez.p quã om̃ia pfecta et fructuosa reddũt. Bern. in ep̃la ad carthusiensis. Denuo sunt et alia corpis exercicia.sic sũt vigilie et ieiunia et alia hmõi.que spũalia non impediunt. sed adiuuant si cum rõne et discretione fiant.que si ex indiscretionis vicio sic agunt.vt vel deficiente spiritu vel languẽte corpe spũalia impediãtur.qui sic agit corpori suo tollit boni operis effectum.spiritui affectum.proximo exemplũ et deo honorem.sacrilegus est.et horum omnium in deum reus. Leui.ij. Quicquid obtuleris sacrificij sale condies. Tamen cauenduz est ne nimis de sale ponatur. Quidam eñ nimis discreti sunt intantum vt nihil pene vel doloris velint sustiñere. Et iõ subiũgit Bern.

ibidē. Iustū ē caput quādoqʒ dolere in serui-
tio dei qḋ olim sepe laborauit ī vanitate secu-
li esurire ventrē vsqʒ ad rugituʒ qui sepe sup
pletus ē vsqʒ ad vomitum: sed modus in om
nibus tenēdus ē. Rōnabile ḡ sit obsequiū ve
strū. Et sic patet primū. ¶ Secūdo nos ordi
nat apl's ad mūdum quatenus ei conformari
nō debeamus: di. Et nolite conformari huic
seculo. Et hoc dupliciter. Primo ꝑ amorem
quia amantē similat amato vt in illud trāsfor-
metur. Osee. ix. Facti sunt abomīabiles sicut
ea que dilexerunt. Sicut eñ calor disponit ce-
ram. vt fiat similis sigillo impresso. sic amor di
sponit aīam vt amato sibi cōiuncto assimilet᷑
Et ē tāta hec assimilatio ꝛ ꝯformatio vt ama
tor mūdi mūdus dicat᷑. Ioh. j. Mūdus eum
nō cognouit. ꝓpter hoc dic᷑ Io. j. Can. ij. Fra
tres nolite diligere mun. neqʒ ea que in mun-
do sunt. In mūdo sunt tria. vt ibidē dr̄. s. con-
cupīa carnis. ꝯcupīa oculoꝝ. ꝛ supbia vite. h̄
sunt mūdi que mundani diligunt. s. diuitie. de
litie et honores. que dilectores suos perdunt
ꝛ derelinquūt. saltē in morte. Secūdo ꝑ opa-
tōem vt non cōformemur actibꝫ mundi quia
mali sunt. Peccatores sunt simee mūdi quia
omnibus actibꝫ mundi nitunt᷑ sumope ꝯfor-
mari. ꝛ iō nō possunt eē hostia dei. In cuius fi
gura in lege mādatum ē q̄ omne aīal ambu-
lans sup manus vt simea: sit immundum. nec
de ipō possit fieri sacrificiū. vt patet Leui. xj.
Itē sunt sicut cameleō. qui ad omnē colorem
sibi appositū mutat᷑. ita peccatores ad omnē
impressionē mali quā habēt siue ꝑ auditum si
ue ꝑ visum. statim afficiūtur ad illud ꝛ illḋ co
gitāt ꝛ desiderant. Ezech. xxiij. Cūqʒ vidisset
viros depictos in pariete insonuit sup eos cō
cupiscētia oculoꝝ suoꝝ. Et nota q̄ huic secu
lo nullo modo debemus ꝯformari cuʒ sit aīal
mōstruosum. Est eñ illa bestia. quā vidit Io.
in apoc. que habebat capita. vij. ꝛ cornua de-
cē. et sup cornua eiꝰ decē dyademata. ꝛ super
caput eiꝰ nōia blasphemie: ꝛ similis erat par-
do. et pedes eius sicut pedes vrsi. ꝛ os eius si-
cut os leonis. Et habet᷑ apoc. xiij. Peccator
qui mūdus dr̄ ē bestia. qui rōe nō vtit᷑ sic̄ be-
stia. dū nō ꝯsiderat finē suum. Septē capita
sunt septem vicia. que peccatori siue mundo
dominantur. Uicia eñ regnāt in mūdo ꝛ nō
virtutes. Tot eñ dños habet peccator quot
vicia in eo regnāt. Io. viij. Qui facit pec. ser.
ē peccati. Decē cornua sunt decē trāsgressio-
nes decalogi quibus peccator deū impugnat
Decē dyademata sup cornua signant gl'iam
quā habēt peccatores de suis peccatis. Pro
uer. ij. letant᷑ cū malefe. ꝛ ex. i. re. pes. Nomina
ꝟo blasphemie sunt verba quibꝫ peccatores
se excusant. ꝛ deum accusant dicētes oīa eē ꝑ-
destinata. ꝛ ex necessitate venire. Per pardū
ꝟo qui ē varij coloris intelligunt᷑ duplicitat᷑
varietates. quia mūdani aliud dicūt et aliud
faciūt. Pedes ꝟo similes habet vrso qui si-
miles sunt manibus hūanis quia mūdani ha
bent opa similia opibus hominū ꝫ nō sunt ꝫ
potiꝰ bestiaꝝ opa sunt. Mūdani. sicut vrsus
mel ꝯcupiscit ꝛ sequitur sine freno: ita ꝯcupi-
scūt ꝛ sequunt᷑ dulcedinē tpalē vsqʒ ad mor
tem. Os ꝟo eoꝝ ē sicut os leonis fetidū quia
fetet corā deo ꝛ sanctis eius. Psal. xiij. sepul-
crū pa. e. gut. eoꝝ. Nolite ḡ inquit apl's huic
seculo ꝯformari: sed reformamini. s. ꝑ gratiaʒ
xp̄i qui ꝑ peccatum deformati fuistis. in noui
tate sensus vr̄i vel mētis vestre. ꝺm aliā l'ram
nō in nouitate carnis ꝫ mētis. Anima eñ que
ad imaginē dei facta ē. imaginē dei in se defor
mat. dū peccat. Ephe. iiij. Renouamini spiri-
tu mētis vr̄e ꝛ indu. no. ho. s. xp̄m. Nota q̄ h̄
reformatio sicut reformatio materialis fit q̄n
qʒ modis. M ¶ Primo ꝑ malleatōem tri
bulatōnum ꝛ ꝑsecutionū. Psal. cxxviij. Sup
dor. m. fa. pe. Sicut reformant᷑ fabrilia. ꝛ ideo
necessarius ē ignis spiritussancti in corde ho-
minis reformādi. Malleare eñ super ferrū fri-
gidū vanū ē. Hiere. v. Nūquid federabitur
ferrū ferro ab aquilone. i. in frigore aquilonis
Sic fuit reformatꝰ Paulus qn̄ dixit Actuū.
xiiij. Per mul. tri. o. n. i. r. ce. Secūdo ꝑ sbtra-
ctōem. sicut reformant᷑ sculptilia dū celte ele-
uant᷑ a lapide. hoc ē ꝑ paupꝑtatē volūtariam.
que omnia supflua abijcit ꝛ dispergit paupe
ribus. Psal. cxi. Dispsit de. pau. iu. e. ma. i se.
se. Sic fuit reformatus Zacheus qui ait lu-
ce. xix. Dñe ecce. d. bo. me. d. pau. ꝛ si quē de-
frau. red. qua. Tercio ꝑ additōem eiꝰ qḋ de-
est. Sicut reformant᷑ domꝰ ꝛ multa alia. Sic
docebat dñs reformari illū cui dixit Mar. x.
Unum tibi deest. Uade que habes vende ꝛ
da paupibꝫ. Hec ḡ reformatio et renouatio
fit ꝑ ꝯsilia. ¶ Implēs eñ p̄cepta reformatur
consilia supaddēdo. Sic reformati sunt apl'i
Math. xix. Ecce eñ relinquimus omnia ꝛ se-
cuti ꝛc. ¶ Quarto ꝑ fusionē qn̄ aliq̇d primo
liquescit ꝛ postea fundit᷑ in aliq̇d in q̄ recipit

formā sicut campane. Sic oportet ꝙ primo
anima liquefiat feruore deuotōis. Cantico.v
Anima mea liq̄facta ē. Et postea ad formaꝫ
recipiēdam ꝓijciat quasi in modulum in ali-
quē bonū virū cuius formā accipiat ⁊ exēplū
Sic volebat reformari apl's illos quibus di.
Philip.iij. Imitatores mei estote ⁊ obserua
te eos qui ita ambulant sicut habetis for.no.
Sic volebat reformari Aug. q̇ estuabat estu
incredibili quādo iuit ad simplicianū vt ꝓfer-
ret sibi quis eēt aptus modus viuendi sic affe
cto. vt ipe erat ad ambulādum in via dei in q̄
aut sic aut sic ibat. Propterea petrus di. ꝑla
tis.j. Pe.v. Nō quasi dominātes in clero sed
forma facti Grego. ex animo. ¶ Quinto per
appositōem decētium coloꝝ vt reformantur
do.mus: dū pingunt'. Duo aūt sūt colores q-
bus reformari debemus.s. albedo mundicie. ⁊
rubedo caritatis. Cañ.v. Dilectus meus can
didus ⁊ rubicundus. ¶ Sequit' vt ꝓbetis. q̄
sit voluntas dei. Ad hoc em̄ debet fieri ista re
formatio vt ꝓbemus interiori sensu que sit. id
ē ꝗꝫ bona sit voluntas dei. Est em̄ bona quo
ad declinatōem a malo. beneplacens quo ad
opatōem boni quod ē in precepto ⁊ ꝑfecta q̄
ad impletōem boni qꝺ ē in ꝯsilio. vel bona in
se. eo em̄ ipō quo deus vult aliquid bonū ē il
lud. beneplacēs in benedispositis ꝑ virtutes.
⁊ ꝑfecta in beatis: ⁊ sic patet secūdū. ¶ Ter-
cio apl's ordinat nos iterum ad deū. ſm aliaꝫ
ꝑtem nr̄i.s. ſm intellectū ne plus ꝗꝫ deceat sa
piamus.d. Dico aūt.i. affirmo ⁊ ꝑcipio ⁊ sup̄
obsecraui ⁊ monui. ⁊ cur hoc: Respōsio plus
ē in fide errare ⁊ ꝑiculosius ꝗꝫ in hostia offe-
rēda vel in deordinatōe ad mūdū vel in qua-
cūqꝫ alia re. Et iō dico.i. ꝑcipio ꝑ grām apo-
stolatus mei. que data ē mihi. nō meis merit'
reddita. ꝑ quā sum gentiū doctor et apl's ꝯsti
tutus in fide ⁊ veritate.j. Cor.xv. Gra dei sū
id quod sum. Precipio inquā. omnibus q̇ sūt
inter vos.i. oībus fidelibus qui vobiscū sunt.
nō plus sape ꝗꝫ oꝫ sape. Prouer.xxv. Sicut
qui mel comedit multū nō ē ei bonū. qꝛ inflat.
sic qui ꝑscrutator ē maiestat' opprimet' a glia
N ¶ Et nota ꝙ aliquis plus sapit ꝗꝫ oportꝫ
tripliciter. Primo qn̄ terminos trāsgreditur
a patribus institutos in his que fidei sunt. pu
ta cū noua vult inuenire vel nouo mō ea que
fidei sunt exponit. Cōtra qꝺ Prouer.xxij. ne
trāsgrediaris terminos antiquos quos posu
erunt patres tui. Secundo qn̄ excedere nitit'
vires ingenij sui ⁊ questiones ad q̄s nō p̄t at-
tingere nitit' disputare ⁊ reuoluere. cōtra qꝺ
Eccl'.iij. Altiora te ne quesie. ⁊ for. te ne scru-
tu. Tercio qn̄ in discēdis ordinē ꝑuertit pu-
volēs discere difficilia ꝗꝫ facilia. Bern̄. Me-
dicus bonus ordinat de cibis. si ordinem in ci
bis sumēdis nō serues ipōs cibos naturaliter
bonos tibi reddes nō bonos. Quod dr̄ de ci
bis intellige de sciētijs. Hebre.v. Facti estis
quib' lacte opus ē nō solido cibo. Perfecto-
rū aūt ē solidus cibus. qui pro ꝯsuetudine ex
citatos habent sensus ad discretōem boni et
mali. ꝑcipio ḡ non plus sape ꝗꝫ oportet sape
sed sape ad sobrietatem.i. ad moduꝫ tꝑantie.
vt neqꝫ excedas in nimiū neqꝫ coarteris in de
bitum. Multa em̄ scire debemus.j. Cor.xiiij.
Ignorans ignorabit'. Osee.iiij. Quia sciēñā
tu repulisti. et ego repellam te. Ebrius ⁊ non
sobrius reputaret'. qui vellet volare eodē mō
nō reputabitur sobrius qui nititur celestia ꝑ-
scrutari. Prouer.xxiij. Prudentie tue pone
modū. Similiter qui nollet surgere ad come-
dēdum. n̄ sapiens ſꝫ stultus ⁊ pigerrim' dice-
retur. sic qui nō vult aliqualiter discere q̄ sūt
fidei.j. Thimo.iiij. Attēde lectōi. exhortatiōi
⁊ doctrine. hec meditare in his esto. Ergo q̇-
libet debet velle tātū sape sicut vnicuiqꝫ diui
sit deus.i. diuisim dedit mensuram fidei.i. fidē
illustratā illustratōe maiori vel minori. Scd'ꝫ
em̄ ꝙ quilibet ē illustratus in fide tātuꝫ debꝫ
velle sape. Sap̄.xj. omnia ꝯstituisti ī numero
pondere ⁊ mensura. ⁊ potissime gratiaꝝ suaꝝ
dona. Et sic patꝫ terciū. Quarto nos ordiat
apl's ad ꝓximū vt vnus alteri seruiamus. Et
ad hoc inducit quādā similitudinē in corpore
humano.d. Sicut ei in vno corpe multa mē
bra habemus. oīa aūt mēbra nō eūdē actū ha
bent. sed diuersis actib' sibiinuicē subministrāt.
Oculus ei videt ꝑ pedibus et manib' ⁊ om-
nibus alijs mēbris. Et lingua loquit' ꝓ omni
bus mēbris. ⁊ sic de alijs. Ita mistia. oēs fide-
les vnū corpus sum' in xpo.i. ꝑ xp̄m. Gra em̄
ꝑ xp̄m nobis collata nos vnit in vno corpore
mistico quod est ecclesia. Gal'.iij. omnes vos
enim vnum estis ī hiesu christo. Singuli au-
teꝫ sup. sumus vel esse debemus membra. ita
ꝙ alter sit mēbrū alterius illi subministrando
⁊ adiuuādo. Ephe.iiij. Supportātes inuiceꝫ
in caritate. Et nota ꝙ h' silitudo colligatiōis
⁊ subministratōis mēbroꝝ corpis naturalis ad
mēbra ecclesie qua sibiinuicem debent serui-

re supportare et diligere sic mēbra corpis naturalis. attēditur. q̄ntum ad octo. Si de h̄ vis pdicare. require infra dn̄icam xvij. post trinitatem in moralitate sermonis de epistola. Et sic patet quartum.

¶ Dominica prima post octauam epiphanie de euangelio. Sermo xviij.

Nuptie facte sūt in chana gallilee. Jo. ij. Quia tp̄s institutū ab ecclesia pro celebrandis nuptijs extat p̄ns. iō hodie in eccl̄ia euangeliū de nuptijs recitatur. vt qualiter se habeant in matrimonijs ꝯtrahēdis nuptiaꝝ celebratores salubriter instruant̄. Nō eniȝ omni tp̄e possumus nuptijs intendere celebrandis f̄m eccl̄ie instituta imo ab eadē multa tp̄a feriant̄. Nā ab aduētu dn̄i vsq₃ ad octauā epiphanie inclusiue celebrare nuptias nō debemus. similiter a septuagesima vsq₃ ad octauas pasche etiā inclusiue. ꝛ sil̄r a tribus dieb₃ ante ascēsionem dn̄i vsq₃ ad octauas penth. Jn hoc ḡ euāgelio de nuptijs sex summarie ꝯtinent̄. Primo eñ describit̄ ꝯuiuium nuptiale. Jn principio euāgelij. Secūdo declarātur ꝯuiuarum psone. ibi. ꝛ erat mr̄ ih̄u ibi. Uocatus ē aūt ih̄s ꝛ discipl̄i eꝰ ad nuptias. Tercio poit̄ colloquiū matnale ad filiū. ibi. ꝛ defi. vi. ait ad ih̄m. Ui. nō habēt. Quarto subiūgit̄ matris ꝛ filij ad ministros ꝯuiuij impium salutare. ibi. Et dic̄ mater ih̄u ministris. Quinto ab architriclino qui gustauit aquā vinum factā. bonitati vini asserit̄ specialiter. ibi. Ut aūt gustasset architriclinus aquā vinū factam ꝛc̄ Sexto inter signa ih̄u. hoc phibetur initiale subinfertur insimul ex miraculo facto bonum subsecutū fidei speciale. ibi. Hoc fecit initiuȝ signoꝝ in chana gallilee ꝛc̄. Et crediderūt in eū discipuli eius. ¶ Primo ḡ describitur cōuiuiū nuptiale. quia nuptie facte sunt in chana gallilee. i. in quodaȝ vico siue villa ꝓuincie galilee. Ubi nota q̄ quidā dicūt q̄ sponsus istaꝝ nuptiaꝝ fuit Johānēs. Sed hoc nō ē ꝓbabile f̄m opi. illoꝝ qui dicūt q̄ iste nuptie facte fuerunt post vocatōēȝ apl̄oꝝ inter quos fuit Johānēs. vt pat₃ Math. iiij. quia nō ē credibile q̄ post vocatōēm redierit ad ducēdum vxorem qui vsq₃ tūc ꝑmanserat virgo. Scd̄m aūt opinionē illoꝝ qui dicūt q̄ he nuptie fuerunt facte ante vocatōēm apl̄oꝝ vel discipuloꝝ que cōmunioꝛ ē: credibile ē q̄ iste nuptie fuerūt Johā. Et iō tāq₃ ꝯsanguineū vocauit ih̄m ꝛ discipulos eius supple futuros Et iō mater ih̄u fuerat ibi tāq₃ mater Jo. q̄a vt dicūt erat filius virginis nutritus. Et hoc ē. Erat mater ih̄u ibi. Uocatus est aūt ih̄s ꝛ discipuli eius. s. futuri ad nuptias. f̄m secūdā opi. sed nō futuri imo p̄ntes f̄m primā opini. Quicquid aūt sit credēdū ē q̄ spōsus vl̄ spōsa fuerit ꝯsanguineus. vel ꝯsanguinea virginis. ꝓpter qd̄ vocatus est ih̄s ꝛ discipuli eius. Christus aūt voluit interesse nuptijs dupli ci de causa. Primo vt gl̄iam suā corā multis manifestaret. Secūdo vt nuptias approbar₃ ꝯtra manicheos qui nuptias damnāt. Jp̄as igit̄ ꝓbauit p̄ntia sua ꝛ miraculo potētie sue Et sic patet primū ꝛ secūdū. ¶ Sequit̄ tercium. Et deficiente vino ꝛc̄. Jn quo ponit̄ colloquiū maternale virginis. que plena visceribus pietatis cōpassa ē verecūdie sponsi in defectu vini. Et ait ad ih̄m. Uinū nō habēt ministri. s. ad ꝓpinādum: ꝛ ꝯtinue ad bibendum Quod fuit signū paupertatis spōsi. qui nō potuit vinū sufficiēs prepare. Uel forte vinum suffitiēs preparauit. p tot cōuiuis h̄ ih̄s veit cū discipulis. qui erant paupes. Hic nota q̄ loco illius ꝑticule. h̄ ih̄s venit cū discipulis. qui erāt paupes: alij libri habēt. Sed pauperes alij venerūt. Paupes aūt q̄n inuitant̄ ad bonū prādium in duplo comedūt ꝛ bibunt tāq₃ esurientes ꝛ p̄teritā famē restaurare volētes. Hic cadit exemplū marchionis ferrarie. qui dixit q̄ in capit̄lo generali ferrarie celebrato: biberūt fratres vinū. p duob₃ milib₃ militum. hoc etiā fuit signū q̄ beata virgo de parentela ꝯiugij erat. quia alit̄ nō de defectu vini curasset. q̄r eius defectū suum reputauit. Di. ḡ ih̄s nō offensus vel arguēs vl̄ corrigēs matrē. cuius cōpassio grata fuit ei vt p effectuȝ patuit. Quid mihi ꝛ tibi ē mulier: Mulier hic ē nomē sexꝰ ꝛ nō mollicıei. ex hoc loco arguūt heretici q̄ xp̄c nihil habuit facere cū virgine: s₃ trāsiuit p eam sicut aqua p cānale. Dicūt eñ q̄ attulit corpus de celo. sed mentiuntur quia idē Joh. qui h̄ dicit asserit q̄ ibi erat mr̄ ih̄u. Dupliciter aūt h̄ verbū exponit̄. Uno mō f̄m Crh. sic. Quid mihi et tibi mulier. s. de defectu vini. q. d. Cognitio istius defectus nō ptinet ad me vel ad te. h̄ ad illos quoꝝ sunt nuptie. q̄ debebāt sibi de necessarijs ꝓuidisse. dimitte ḡ p̄mo vt ip̄i ꝯgnoscāt defectū ꝛ gratia

tunc miraculū qđ petis acceptioꝛ erit illis. Et ponit exemplū Criso. de medico. qui si vltro offerret egroto nō multū curaret de ipo: sed cū multis precibꝰ egroti se offert ei: tūc multā reuerētiam exhibet illi. Et hoc ē qđ sequitur Nōdū venit hoꝛa mea. i. hoꝛa qua magis gratum sit ⁊ acceptū miraculū illis quibꝰ postulas fieri nōdū adest. quia nōdū pꝫ defectus vini. Nō aūt cōditoꝛ tpoꝝ ⁊ hoꝛaꝝ subiectꝰ fuit alicui hoꝛe. vt quidā astrologi dicūt. imo oī tpe est hoꝛa sua opandi qđ vult. vt dicit Criso. Sed tñ ex pte reꝝ que requirūt determiatū tps ⁊ locū. ac etiā q̄ntum ad homines vna hoꝛa cōpetētioꝛ est alia. sicut hic vtilioꝛ hoꝛa faciēdi miraculū erat post recognitōꝫ defectꝰ vini q̄ ante. Scđm xo Aug. sic exponitur. Quid mihi ⁊ tibi mulier. s. ꝯūe. i. quid habeo a te ꝑ qđ possum hoc miraculum facere. q. di. Tu petis fieri miraculū. quia spōsus vel sponsa attinet tibi ꝭm carnē. sed ꝭm carnē quā a te sumpsi: nō possum facere miracula: sed miserias ⁊ moꝛtē pati. qđ in cruce apparebit. tunc ei te mr̄em meā recognoscam ꝭm carnē. et in carne quā de te sumpsi moꝛiar ⁊ crucifigar. et iō te tunc discipulo cōmēdabo. Et hoc ē dū sequit̄. Nō dum venit hoꝛa mea. i. nō ē tp̄us recognoscēdi quid ex te habeo: sed erit ī passione euāgelio p̄dicato. Nō hoꝛa necessitatis sed voluntatis spōtanee ī qua pati ⁊ moꝛi disposui. Jo. x. Nemo tollit aīam meā sed ego ponā eā. sic patꝫ terciū. ¶ Et dicit mater ihu mīstris. Ecce quartū. In quo mater et filiꝰ salubriter impant mīstris. Et primo impat mater di. Quodcūqꝫ dixerit vobis: facite. Ex q̊ patet ꝙ beata virgo omnino credebat ꝙ filiꝰ suꝰ eēt miraculū facturꝰ. Et iō secure dixit ministr̄. Qđcūqꝫ dix. vo. ⁊c. Erāt aūt ibi. s. ī domo ꝯuiuij. lapidee ydrie. i. vasa lapidea aquaria. ab ydros qđ ē aqua. sex posite ꝭm purificatōem iudeoꝝ. Et iō posite ibi erāt. vt possent purificari immūdi ꝭm moduꝫ iudeoꝝ. vt si aliquis de ꝯuiuis aliquā immūdiciā incurrisset ꝭm legem. vt si tangeret moꝛticinum vel aliquod ꝓhibitū lauaret̄ in eis: et fieret mundus. Capiētes. i. cape valētes singule metretas binas vel t̄nas. Metreta dr̄ a metron qđ ē mēsura ꝭm ꝯsuetudinē terre. Aliqui eī hn̄t maioꝛē. aliqui minoꝛē. Scđꝫ Isido. metreta ē decē sextarioꝝ. Sextarius aūt ꝯtinet duas libras. Et sic pꝫ. ꝙ erāt magna vasa que ihs fecit impleri. Un̄ ait ministris. Implete ydrias aqua. Et impleuerūt eas vsqꝫ ad summū. Et dixit eis ihs. iā facta mutatōne. Haurite d̊ ydrijs ⁊ ferte architriclino. Scđm Aug. architriclinus ē princeps triū oꝛdinū mēsarum a se altitudine distātiū. Uel ipa domus sic disposita dr̄ architriclinꝰ. Et dr̄ ab archos qđ ē princeps et clinā domus. Hic ꝭm Aug. nō dr̄ architriclinus princeps vel dn̄s conuiuij. vel domus in qua erat ꝯuiuiū ꝭ p̄positus ministrantium qui. s. fuerat cōstitutus. vt oꝛdinaret cōuiuium ⁊ etiam seruitoꝛes. Unde ponit questionē Criso. Quare ihs p̄cepit ferri vinum architriclino potius q̄ sponso vel alicui conuiue. Et r̄ndet ꝙ ille cui cōmittit̄ cura: et oꝛdinatio cōuiuij nō comedit vsqꝫ post alios Et ideo salubrioꝛ ⁊ discretioꝛ ē ad iudicādū de vino q̄ cōuiue. qui iaꝫ sunt repleti de cibo ⁊ potu. ⁊ ideo iussit dominus ferri illi vinuꝫ ex aqua factū. vt veritatē cognitam alijs indicaret. Et tulerunt ministri. Ut autem gustauit aquam vinum factam. ⁊ nesciebat vnde eēt illud vinum vocauit sponsum architriclinꝰ mirans vini bonitatē. qđ ꝭm generalem oꝛdineꝫ primo debuit ꝓpinari. et dixit ei credēs ꝙ ita fieri p̄cepisset. Omnis homo primo. id ē in pn̄cipio conuiuij ponit bonum vinum. scilicet in mensa. ⁊ cum inebriati fuerint. id est repleti cibo ⁊ potu. tunc ponit illud quod deterius est id ē minus bonum. Quia ꝓpter opilationem medie cellule ex vapoꝛe vini. bonum vinum non potest cognosci et discerni. Tu autē seruasti bonum vinuꝫ vsqꝫadhuc. id est vsqꝫ ad finem cōuiuij cōtra generalem cōsuetudinem Et ex hoc patet ꝙ optimum fuit vinū. Unde Criso. Hoc generale in omnibus miraculis xp̄i ꝙ semper ad nobilius terminantur q̄ natura possit facere. Unde si restituit visum vel auditum. vel aliud membrum. melius facit q̄ natura prius fecerat vl̄ facē possꝫ. Patet etiā ꝙ hoc vinuꝫ fuit rubeum sicut cantat ecclesia. Aque rubescunt ydrie quia sicut fecit illud vinuꝫ melius ita fecit pulcrius. Pulcrius autem ē vinum rubeum q̄ albū. Pulcrius etiam claruit miraculum quia si albū fecisset credidissent ꝙ fuisset aqua aliquātuluꝫ rubricata ꝓpter p̄cedens vinum qđ dixissent fuisse ī vasis. Et sic pꝫ q̄rtū ⁊ q̄ntū. Sexto inter sig. ihū ꝭ ꝓhibet̄ initiale. cū dr̄. Hoc initiuꝫ signoꝝ fec̄ ihs ī chana galilee. Nō eī legit̄ añ aliqđ signū fecisse. Ex q̊ pꝫ ꝙ ī adolescentia sua nullū fec̄ signū. vl̄ ꝭ dr̄ p̄mū signū pu-

blice et manifeste a ihu factum. Sed dr primum nō simpliciter. sed primū qd fecit in patria illa et manifestauit gloriam suam .i. deitatis sue potentiam. Et crediderūt in eū discipuli eius futuri scdm quosdā: sed pn̄tes scdm alios. qui tūc credebant sed tūc viso miraculo magis crediderunt. Et sic patet litera.

¶ De triplici matrimonio.

¶ Sicut patet in hoc euangelio agit de nuptijs ex mrimonio celebratis. D ¶ Et ideo sciendum q triplex ē matrimonium. s. carnale inter virum et vxorē. spūale inter aiam et deum sacramētale inter filiū dei et humanā naturam siue inter xpm et ecclīam. De quo dicit aplus Ephe. v. Sacramētū hoc magnū ē: ego aūt dico in xpo et in ecclīa. ¶ Primū ergo ē mrimoniū carnale inter virū et vxorē cuius nuptie in p̄senti describuntur. P ¶ Circa qd ad p̄ns cōsiderāda. viij. occurrunt. s. necessitas. excellentia. varietas. effectus. motiuū. conuersatiuū. separatiuum. q ad quid. et sepatiuū simplr. ¶ Primo ergo cōsiderādū ē de eius necessitate. Est em sacramētum necessitatis. Sicut eī baptismus ē sacramētū necessariū ad salutē. iuxta illud Jo. iij. nisi quis rena. f. zc. sic matrimoniū ē necessarium vniuerso licet non sit necessarium alicui homini. quia sine ipo mundus deficeret. Et ideo in ve. te. erat in precepto. Gen. j. Cresci. et mul. et re. t. Ex quo manifeste pz q ē bonū quia impossibile ē eē malū illud sine q mundus eē non pōt et qd deus p̄cepit fieri. ¶ Q Secūdo videdū ē de eius excellētia et bonitate Excedit em alia sacramēta qstū ad sex. Primo qstum ad ppetuitatē. quia añ omnia sacramēta a p̄cipio institutū ē. et vsqz ad finē mūdi durabit. Secūdo qstum ad locū et ad statū vbi et in quo fuit institutū quia in paradiso et in statu innocētie. Alia aūt sacramēta in valle huius miserie sunt instituta et in statu corruptōnis et peccati. et vt quedā medicine anime languētis vt patet in parabola de sauciato et samaritano. Quere in sermone. xiij. post trinitat. Tercio qstū ad significatōem. qz significat matrimoniū vel cōiūctōem xpi cū ecclīa. Ephe. v Sacramētū hoc magnū ē ego dico in ecclīa et in xpo. Quarto qstum ad nobilissimā virtutem quā deus excellēter posuit ibi. s. amorem et caritatē. Gen. ij. Qobrē relin. ho. pa. et ma. et adher. vxo. s. Propterea formauit deus mulierē de osse viri. vt fortiter sicut se diligeret eā Ephe. v. Vn debēt diligē vxores s. vt corpora sua. Quinto qstū ad desiderium naturale qd nō pōt eē malū qz oñderet maliciā instituētis naturā qd ē impossibile. Omnis hō naturaliter desiderat matrimonij copulam vt ppetuetur in filijs. quia in se ppetuus eē non pōt. Sexto qstū ad honorē quem xpc matrimonio exhibuit. Nam mrem virginem voluit despōsari. cū nō esset necesse. vt de matre desponsata nasceret. Et ad nuptias inuitatus cū discipulis suis iuit et ipas maiestatis sue p̄sentia honorauit: et primū miraculū ibi fecit. ppter qd omnes cōuiuas letificauit. R ¶ Tercō vidēdum ē de eius varietate. que attēdit qstum ad quinqz. Primo qstum ad discretōem psonarum. qz a principio mūdi vsqz ad moysen solū mater et filia sunt accepte. ne mr cū filio vel pr cum filia in matrimonio iungerent. qd patet p hoc qd dr Gen. ij. Qobrem relin. hō pa. et ma. Ergo nec filia prem. nec mr filiū accipe poterat. Sed p legē moysi. xvj. psone sunt excepte. s. mater et nouerca. socrus et nurus filia et priuigna. soror carnalis amita et matertera. neptis. s. filia fratris carnalis et sororis. auia scilz mater pris vel matris. filia filie et filia filij. vxor patrui et auunculi vxor fratris carnalis. nisi in casu. s. qn frater sine liberis moreretur. Et hec lex in ppl'o dei vsqzmodo durat. Sz gregō. papa ad supradicta addidit vt amicicie inter fideles longius ptraherētur et latius extēderentur. Et fecit statutum vt vsqz ad qrtum gradum inclusiue nō possent matrimonium cōtrahere. Primus gradus ē frater carnalis et soror. Secūdus filij ipoz. Tercius filij filiorum. Quartus filij nepotum. Et quia vnus papa pōt tātum quātum alius: iō super illo statuto Greg. pōt alius papa dispensare vt frequēter videm?. Jn personis aūt a moyse exceptis dispēsare nō pōt. Secūdo qstum ad pluralitatē et vnitatē vxorū. Nā a principio mundi vna fuit cōcessa vni. Erunt inquit duo in carne vna Gen. ij. Quia vir et vxor qstum ad actū matrimonij ad equalia iudicant quia vir nō habat potestatem sui corpis: sed vxor et ecōuerso. vt dicit apl's. j. Cor. vij. Sz lamech cepit habere plures vxores. vt patet Gen. iiij. Et quia totus mūdus cōfluxerat ad pluralitatem vxorū. ppter qd genus humanum magis multiplicabatur. iō deus pmisit ppl'o suo plures vxores habere. vt magis multiplicarentur et crescerent et hoc vsqz ad xpm fuit cōcessum. qui eligens populum spiritualē

et dimittens carnalem reduxit ꝯiugiū ad pristinū statum. vt eēt solum vnus vnius vxoris vir vt magis spiritui vacaretur. q̄a vt di. Jo. vj. spūs ē qui viuificat. caro aūt nō ꝓdest qc̄q̄. Tercio q̄ntum ad libellū repudij quē licebat dari in ve. testa. vt patz deutro. xxiiij. Nō aūt in nouo. Math. xj. Quod deus coniunxit homo nō sepat. Similiter aque amarissime. de quib habetur Nume. v. quas debebat bibere vxor suspecta viro de adulterio mō nec fieri debent. nec bibi. ⁊ vxorē suspectam: non pōt vir aliquo experimento ꝓbare. ¶ Quarto q̄ntum ad meritū. quia in ve. te. nō erat maioris meriti virginitas et ꝯtinētia vidualis q̄z matrimoniū. Aug. Celibatus iohis baptiste nō p̄fertur nuptijs abrahe. tm̄ ei patriarche ⁊ ꝓphete matrimonio merebant̄. quātuz mō in virginitate ⁊ viduitate viuentes. ß in nouo te. vtraqꝫ ē maioris meriti q̄z matrimonium. Nā statui matrimoniali redditur fructus tricessimus. viduali sexagesimus: ß virginali centesimus. Math. xiij. Dabāt fructū. aliud centesimum. aliud sexagesimū. aliud tricesimum. Beda. Nāc aūt bona ē castitas ꝯiugalis. melior ꝯtinētia vidualis. optima ꝑfectio virginalis. ¶ Quinto q̄ntum ad p̄ceptum ⁊ indulgētiam. quia in vete. te. erat sub p̄cepto. Gene. j. Crescite ⁊ mul. ⁊ re. Modo aūt sub indulgentia cadit eius celebratio ⁊ abstinentia sub ꝯsilio. j. Cor. vij. Bonū ē homini mulierē nō tāgere. Et infra. Propter fornicatōem autem vn. vx. s. ha. Hoc aūt dico ꝫm indulgētiam ⁊ nō ꝫm imperiū. Et infra. De virginib p̄cep. nō ha. cō. aūt do. Et infra. Ego aūt ꝯco si similiter nubat. Et infra. Beatior aūt erit si sic ꝑmanserit ꝫm meū ꝯsiliuz. Vn̄ mō ꝓ magno bono ꝯsulitur homini in virginitate ꝑmanere. quia mulier innupta et virgo co. que dei sūt ⁊ quō placeat deo vt sit sancta men. ⁊ corpo. Que aūt nupta ē cogitat que mūdi sunt quō pla. viro. vt ibidē dicit apl's. ¶ Quarto vidēdum ē de eo qd̄ efficit ꝯiugium. Et dicēdum ē ꝙ ꝯsensus expressus voluntarie ⁊ n̄ ficte vl' coacte ꝑ verba d̄ p̄nti vel ꝑ nutū si sit mutus efficit matrimoniū: carnis aūt copula ip̄m cōsumat. Alia aūt que precedūt vt ꝓmissio d̄ accipiēdo sunt sponsalia: nec efficiunt matrimonū. Similiter que comitāt̄ vt missio anuli q̄ ē signū matrimonij ⁊ instrumentum: ⁊ omnia alia que obseruant̄ in matrimonio sunt quedā solēnitates matrimonij. ⁊ nō efficiūt matrimoniū. Consensus aūt ille ē in oblatōem ꝑpetuam ⁊ in copulā carnalem. ¶ Quintū ē qd̄ debeat mouere ad ꝯtrahēdum. ⁊ qualis vxor debeat queri. ¶ Ad primū dicē ē ꝙ tria debent mouere ad ꝯtrahēdum. s. ples vt habeāt̄ filij qui sancte nutriant̄ ⁊ efficiantur filij dei ⁊ ꝑ cōsequens heredes vite eterne. Quia si filij ⁊ heredes. Ro. viij. Secūdū ē vt fornicatio vitetur. j. Cor. vij. Propter for. aūt vn. vx. s. ha. ⁊ vnaqueqꝫ virū suum. Quia me. est nu. q̄z vri. vt ibidē dr̄. Terciū ē mutua obsecutio. quia nemo sibi satis ē. Gen̄. ij. Nō ē bonū ho. eē so. fa. ei. ad. sibi sile. Ecc. xxxvj. Vbi nō ē mulier ingemiscit eger. Est ei hō animal naturaliter sociabile. Ad secūdū dicēdum. ꝙ eoꝝ qui vxores accipiunt. quidaz sunt lascini ⁊ vani ⁊ hi in vxorib nō querunt nisi pulcritudinez. Quidā sunt auari et cupidi. ⁊ hi nō querūt nisi diuitias. Quidaz sunt sapientes et discreti ⁊ hi querunt principaliter vxores bonas. Primi stulte faciūt. quia vtplurimuz pulcritudo in muliere piculosa ē. Unde quidā ph's querit si vir debeat ducere vxorē turpem aut pulcram. Et respōdet ꝙ pulcra cito adamatur. turpis facile ꝯtemnitur. Difficile ē aūt custodire quā omnes amant sed molestum ē possidere quā nemo dignatur habere Minor autem miseria deformis habetur q̄z pulcra seruetur. Et iō nec nimis turpis nec nimis formosa vxor querēda est. ⁊ plus turpis q̄z nimis formosa. Secūdi. s. cupidi imprudēter agunt. Unde Criso. Tu iuuenis quando vxorem ducere vis. noli querere diuitem. sed morigeratam. quia boni mores frequenter acquirunt diuitias. Diuitie autē bonos mores nūq̄z fecerūt. Querit theofrastus ph's. qd̄ sit melius ducere vxorē paupem vel diuitez. Et rn̄det ꝙ paupem alere difficile ē. diuitē ferre tormentum ē. Diues em̄ magnam arrogantiam habet in domo. Et ideo vt dicit salomō Prouer. xxj. Melius ē sedere in angulo domatis q̄z cū muliere litigiosa. ⁊ in domo ꝯmuni. Tercij aūt. s. sapientes optime faciunt. qui querunt in vxoribus sapientiam ⁊ bonitatez quia sapiens mulier edificat domū suam. insipiens ꝯo extructā manibus destruet. vt dicitur Prouer. xiiij. Et eccl. xxvj. Sicut sol oriens in mūdo in altissimis dei. sic m'lieris bone spēs in ornamētum dom' sue. vn̄ ī quibusdā terris ē ꝯsuetudo ꝙ cere' accēsus ponit̄ ī manib sposē dū intrat domū viri. Et itez ī eodē

xxvj. Qui possidet mulierem bonā inchoat possessionē. Vñ in quibusdā terris sportarius plenus frumento in manibꝰ sponse dū intrat domū tradit̄. qd̄ ipa spargit p domū in signū abūdantie. Et iō Eccl. xxvj. dr̄. Mulieris bone beatus vir. nō dixit mulieris diuitis vl̄ pulcre. Habere ḡ bonā vxorē ē donū dei. Prouer. xix. Domus ꝛ diuitie dant̄ a parentibus a dn̄o aūt ꝓprie vxor prudens. Beatus ḡ vir qui inuenit vxorē bonā ꝛ infelicissimus qui accipit malā. Et nota ꝙ bonitas puelle cognoscit̄ in moribꝰ. ꝛ si habet ꝓbos ꝛ honestos parētes ꝛ maxime mr̄em. Aug. Debet eī puella eē timorata ꝛ verecūda. sine quibꝰ parata est ad omne malū ¶ Sexto vidēdū ē quō vir et vxor debēt ꝯuersari. vt eoꝝ matrimonium sit deo acceptū ꝛ fructū tricesimū mereant̄. Ad qd̄ dōm. ꝙ sex modis adinuicē debēt ꝯuersari. put ex hoc euangelio colligit̄. Primo debent amabiliter ꝯuersari. vt vnus ꝯiugū diligat alterū sicut seipm̄. Ephe. v. Singli aūt vnusquisqꝫ sicut seipm̄ vxorē suā diligat. ꝛ h̄ innuit̄. quia nuptie he dicūtur facte in chana galilee. que interp̄tatur zelus. Zelus aūt ē intēsus amor viri ad mulierē. vñ zelotipus vocat̄ qui nimis diligit vxorē. Debꝫ at̄ zelꝰ esse tpatus. Quidā nimis excedūt in zelo vxorū. ꝛ ecōuerso. Quidā nimis sunt remissi nihil zelātes vxores neqꝫ vxores viros: sed vtrūqꝫ ē malū. Debet etiā zelus siue amor eē ꝯcordialis ꝛ singularis. vt ex corde se diligāt. ꝛ nullū alium tātū. ꝛ hoc signat̄ p anulū. qui mittitur in digito spōse. qui debet eē vnus et singularis. ꝛ debꝫ mitti in digito quarto in quo ē quedā vena que r̄ndet cordi. Quidā aūt multū deficiūt ꝛ a ꝯcordiali et singulari amore vxoꝝ ꝛ ecōuerso vxores. Secundo debēt cōuersari cū timore dei. quia qui sine timore dei matrimonio vtūtur ꝛ ꝯmiscētur vt insensata iumenta. dyabolus habꝫ potestatē sup eos. ꝛ eoꝝ matrimoniū nō ē ad salutē. ſꝫ ad pniciem. vt angelus thobie iuniori dixit. vt patet in septem viris. quos oēs dyabolus interfecit. vt patet Thob. iij. Et iō multū timere debēt spōse facere molias ꝛ facturas ꝛ alia que m̄rimoīo aduersant̄. ꝛ maxime deo displicent. quia p hoc dyabolus accipit potestatē sup eos. Et hoc innuit̄. ꝙ erat ibi mater ihū. s. salutis. Mater salutis ē timor dei. ¶ Tercio debēt cōuersari salubriter. vt vnus iuuet alterū: ꝛ cōfortet ad salutē. Quod apl̄s ōndit. j. Coꝝ. vij. di. Sanctificatus ē eīn vir infidelis p mulierē fidelem et sanctificata ē mulier infidelis p virum fidelem. Sicut eī vnus iuuat aliū in corꝑalibꝰ. ita debet iuuare in spūalibꝰ. Ue ḡ illis q̄ sunt cā ꝑditōis viroꝝ ꝛ ipos iuuant perdere. Et hoc innuit̄ per hoc ꝙ ibi fuit ihs. i. salꝰ. ¶ Quarto debēt ꝯuersari ꝯcorditer vt vnus ꝯcordet cū altero in bono. Eccl. xxv. In tribus beneplacitū ē spūi meo que sunt ꝓbata corā deo ꝛ hominibꝰ. Cōcordia fratrū. amor ꝓximorum ꝛ vir et vxor bene sibi ꝯsentiētes. Et nota ꝙ dicit bene ꝯsentiētes. quia in nullo malo vnꝰ alteri debꝫ ꝯsentire. Hoc notat̄ p hoc quod ibi fuerūt discipuli ihū. quibus erat vnū cor ꝛ aīa vna in dn̄o. vt dr̄ Act. iiij. Si ḡ litigiose viuāt magna pena ē. Prouer. xix. Tecta iugiter ꝑstillātia litigiosa mulier. ¶ Quinto debēt ꝯuersari patiēter vt vnus eoꝝ supportet defectū alterius ꝛ patiēter toleret. Ephe. iiij. Supportātes inuicē in caritate. Gal. vj. Alt̄ alterius onera portate. ꝛ sic adim. le. xp̄i. Vñ de socrate legitur ꝙ due vxores eius semel irate et valde ꝯcitate verberauerūt eū. ꝛ egrediēs domum sedit extra iuxta murū domus ꝛ vxores ꝓiecerūt aquā putridā sup eum qui ait. Sciebā ꝙ post tonitrua debebat seq̄ pluuia ꝛ abscessit. Multi eī valde defectuosi sūt et tn̄ modicū defectū vxoꝝ tolerare nō p̄nt. Et nota ꝙ mulier ē formata de costa pectoris viri. ꝛ nō de pede. quia nō debet suppeditari vt famula: sed teneri vt socia. Et matrimōiugibus ē virtus patiētie necessaria. quia matrimoniū multa incomoda et aduersa circunstāt. j. Coꝝ. vij. Tribulatōem tn̄ carnis habebunt hmōi. s. ꝯiuges. In cuius signū in qbusdā terris scutū portatur ante spōsam qn̄ vadit ad virū ꝛ vir colaphis cedit̄ qn̄ subarrat sponsam. Et hoc innuit̄ ꝙ in cōuiuio defecit vinū. ꝛ ꝯiuges patiēter tulerūt nec murmurasse legūt̄. Multi stati murmurāt ꝓpter quēcūqꝫ defectū. ꝛ maledicūt illi qui matrimoniū ꝓcurauit. Cōtra quos Sap. j. Custodite vos a murmuratōe que nihil ꝓdest ¶ Sexto debēt ꝯuersari honeste ꝛ caste vt eoꝝ ꝯcupiscētia tota infra claustra matrimonij restringat̄. ꝛ seipis sint cōtenti nec alius nec alius cōcupiscāt. Debent etiā honeste seipis vti. ꝛ solū naturali mō. j. Coꝝ. vij. Uir vxori debitū reddat ꝛ similiter vxor viro: et nolite fraudare inuicē. nisi ex consensu forte vt vacetis oratōni. Non eīn in omni tp̄e debent cōmisceri. sed in

ſolennitatibus debēt orōni vacare. Hoc innuitur ꝑ hoc ꝙ aqua in vinū ꝯuerſa ē. Tunc in matrimonio aqua que ē fluxibilis in vinū ꝙ ē reſtrictiuum ꝯuertit᷑. qn̄ ꝯcupiā carnis q̄ valde fluxibilis ē reſtringit᷑ ⁊ intra clauſtra matrimonij coartat᷑. vt ſoli adinuicem: ⁊ nulli alij velint penitus ꝯmiſceri. ¶ Septimo videndū ē de ſepatōe ꝯiugū q̄ntū ad thoꝝ ⁊ cohabitatōnem. Et dōm ꝙ talis ſepatio duobus modis fieri ꝯtingit. Primo ex vtriuſq; ꝯſenſu. vt qn̄ vnus vel ambo cōſentiunt pniāz agere ⁊ aliquā intrēt religionē. vt dicit apl's. j. Coꝛ. vij. niſi inquit ex ꝯſenſu vt vacetis orōi. Secūdo ex culpa vnius eoꝝ. vt quādo alter eoꝝ fornicatus ē. ⁊ pōt ꝓbari: tūc em̄ reliquus ꝯiugū pōt ab eo ſepari. Si aūt ambo fornicati ſūt. nō poſſunt abinuicem ſepari quia quilibȝ ē in culpa. nec vnus ꝯtra aliū habet ius querele. Hoc idē accidit in fornicatione ſpūali. que cōmittit᷑ recedendo a fide. vt ſi alter ꝯiugū hereticus efficiat᷑. qꝛ tūc poteſtatē ſup vxorē ꝑdit: ⁊ ecōuerſo. ¶ Octauo videndū ē d' totali ꝯiugū ſepatōe. ita ꝙ vterq; non poſſit alteri copulari. Et dōm ꝙ tale diuortium pōt in. xij. caſibus celebrari. qui in his verſibus ꝯtinent᷑. Error ꝯditio. votū cognatio crimen. Cultus diſparitas. vis ordo ligamen honeſtas. Si ſis affinis. ſi forte coire nequibis. Hec dirimūt facta ⁊ impediūt faciēda. Primus ḡ caſus ē error ꝑſone. vt ſi ꝯſenſi accipe filiam Petri iuniorē ⁊ ipe dedit maiorē. ſicut fecit laban iacob. vnde Jacob de mane cognita veritate poterat dimittere liam. ꝓpter ſcandalum aūt bonū ē facere ſicut iacob. Secundus caſus ē error ꝯditōis. quādo. ſ. vxor credit᷑ eē libera ⁊ ē ſerua. ⁊ ecōuerſo de viro: ſed error qualitat' vel fortune nō impedit. vt qn̄ credit᷑ eē virgo vel ſapiēs. vel ſana vel diues. ⁊ hoc nō ē: ⁊ ſimile ē de viro. Tercius caſus ē votū ſolēne ꝙ ꝑ ſuſceptōem ſacri ordinis. vl' ꝑ ingreſſionem religionis ſolēnizat᷑. ſed votū ſimplex licet impediat. ꝯtrahēdum tn̄ nō dirimit ꝯtractū. nō tn̄ pōt debitū petere licet poſſet reddē. q̄ hmōi ſimplex votū fecit. Quartus caſus ē cognatio ſpūalis que ꝯtrahit᷑ in baptiſmo ⁊ ꝯfirmatōe. vt qn̄ tenes filiā alicuius ad baptiſmū vel ꝯfirmatōem. tūc illam tu nō potes accipere. nec aliquis filioꝝ tuoꝝ. Et ſi ſit maſculus quē tenuiſti nō pōt accipe aliquā filiaꝝ tuaꝝ. Et ſilr̄ ē de cognatione legali. ſ. d' filijs adoptiuis. Quintus caſus ē crimen. puta qn̄ vir anq̄ȝ eēt ſua vxor: ſed vxor alterius. ꝓmiſit ꝙ ſi moreretur vir eius acciperet eam in vxorē: vt fornicaretur cum ea. ⁊ poſtea fornicatus ē cum ea. ⁊ maxime ſi vnus vl' ambo poſtea machinati ſunt in mortem viri prioris: vel vxoris mechi. Sextus eſt diſparitas cultus. qꝛ inter xp̄ianum ⁊ quācūq; aliam nō baptizatā nō pōt eē ꝯiugium cum baptiſmus ſit ianua ſacramentorum. Et ſimiliter ſi aliquis infidelis conuertatur ad fidem: et vxor nollet ꝯuerti: pōt accipe aliaȝ vxorē. Et ſimiliter ē de vxore. quia nō ē ꝯuentio luc' ad tenebras. neq; xp̄i ad belial. vt di. ij. Coꝛ. vj. Septimus caſus eſt vis vt quādo aliquis timore coactus accipit aliquā vxorē. ſi em̄ poſtea qn̄ ē in tuto nō ꝯſentit pōt dimittere eaȝ quia matrimonia debent eē libera. Octauus caſus ē ſacer ordo apud latinos tm̄ ſȝ nō apd' grecos. Nonus caſus ē ligamen alicuius religionis cui ꝑ obediētiam ē ligatus. Decimus ē iuſticia publice honeſtatis que ꝯtrahitur in ſponſalibus. quia puella deſponſata vni per verba de futuro nūq̄ȝ pōt nubere alicui de parentela illius vſq; ad quartā generatōem incluſiue ſi ꝯtingat illū mori. vel aliter impediri vt nō accipiat eam. ⁊ ecōuerſo d' viro. Undecimus caſus ē affinitas ſiue parētela vſq; ad quartam generatōem incluſiue. Duodecim' caſus ē impotentia coitus. vn̄ qn̄ vir ꝓpt᷑ maleficiū. vel ꝓpter frigiditatē vel ꝓpter quodcūq; aliud impedimētum: nō pōt cum vxore coire. tunc ei pn̄t ſepari ſi volunt. Poſſum' aūt addere vnū alium caſum qui ē mors que matrimoniū ſepat. Si ei reſurgeret nō teneretur alter reaccipere illam. Et ſic patet de matrimonio carnali. ¶ Secūdum ē matrimoniū ſpūale inter deum ⁊ fidelem aīam. ꝙ celebratur in baptiſmi collatōe. tūc em̄ aīa abrenūciat dyabolo ⁊ pompis eius. ⁊ fidei anulo ſubarratur. quia deo et in deū ſe credere ꝯfitetur et veſte polimita ⁊ talari. ſ. virtutū ⁊ donoꝝ ſpūſſancti. que veſtis nuptialis a xp̄o dr̄. Math. xxij. induitur ⁊ ornat᷑. Vn̄ beata agnes ait. Anulo ſuo ſubarrauit me. ⁊ īmēſis mo. oꝛ. m. Oſee ij. Sponſabo te mihi in fide. Et tūc deus inſepabiliter ꝑ grām eidem ꝯiungit᷑. donec ſpōſo fidem ſponſa ſeruat. Vn̄ inuitus ab ea ſepatur. hoc matrimoniū ꝑ pniām recōiūgitur ⁊ reficitur ſi fuerit ꝑ fornicatōem cū dyabolo que in omni peccato mortali cōmittitur ꝑ diuortiū ſepatum. Oſee. ij. ſponſabo te mihi in

iusticia et iudicio.i.impenitētia .in qua homo facit opa iusticie 7 seipm indicat: vt a dño nō iudicetur. Hiere.iij. Tu fornicata es cū amatoribus multis tñ reuertere 7 ego suscipiā te. Idem.xxxj. In caritate ppe.di.7 iō att.t.mi. Nūq̄ ei aia rediret ad deū.nisi traheret̄ ab eo. Jo.vj. Nemo pōt venire ad me nisi pa.m. trax.eū. Hoc matrimonium in religionis assumptōe pficit̄ in qua anima spūali⁹ deo piūgitur 7 magis obligat̄ eidem. Sicut eī in matrimonio carnali mulier relin.patriā 7 paren. 7 totam spem suam ponit in viro.sic in ingressu religionis homo relinquit patriā 7 pentes 7 totū mūdum 7 ad deū pfugit.7 sub eius spe 7 ptectōe in posterū viuit. Hiere.xvij. Benedictus vir qui pfidit in dño: 7 erit dñs fiducia eius. Item sicut sponsa dū vadit ad viruz induit nouas vestes.sic intrans religionem induit nouum vestimētorum genus. qd ad humilitatis 7 penitētie indiciū sancti patres sanxerunt. Item sicut sponsa stat deinceps sub pcepto viri.7 quicquid habet possidet cōmune cū viro 7 ab omni alio homine ptinentiam pmittit.7 sic intrās religionē pmittit obediētiam plato loco dei.7 nihil pōt deinceps pprium possidere. Debet etiā manere in castitate ppetua. In his trib obedientia.abrenūciatōne pprij.7 castitate ppetua hoc matrimoniuz substātialiter psistit. Et sic patet q̄ hoc matrimoniū celebrat̄ in baptismo.repatur in penitētia.7 pficitur in religione. Et nota. q̄ in matrimonio spūali debēt tria bona sicut in carnali matrimonio inueniri que sunt fides ples 7 sacramētum. Fides vt aia fidez seruet deo quā in baptismo pmisit et nūq̄ p peccatū mortale cū dyabolo fornicet̄ qd non facit aia peccatoris. Isa.lvij. Iuxta me discoopuisti te.7 suscepisti adulterū. Itē debet ibi eē ples bonoꝝ opum que sunt filij aīe. Isa.xxvij. A facie tua domine pcepimus 7 quasi ptuniuimus 7 peperimus spiritum.i.bona spūalia. Item debet ibi eē sacramētū vt nūq̄ a deo sepetur. Osee.ij. Spōsabo te mihi in sempiternū. Joh.xv. Manete in me.quia si quis in me nō mā.mittet̄ foras. Et nota q̄ hoc matrimoniū spūale celebrat̄ in chana galilee.i. in zelo trāsmigratōis.cum de vicijs ad virtutes 7 de mundo ad celum transitur.tūc eīn anima deo piungitur tāq̄ sponsa. Item ibi matrimonio ē ibi salus anime et vite. In nullo

aūt alio ptubernio inuenitur salus nisi in matrimonio 7 piunctōe anime ad deum et oīa salutifera ad hanc salutem ordinātur. propť hoc eīn factus est mundus. factus est homo. 7 facta sunt omnia. Johā.j. Omnia ppter ipz facta sunt.7 s.s.id ē ppter salutem que ī ipso psistit.quia ipe est initium et principium omnium. Ihs enim saluator et salus interpretat̄ Item ibi est mater ihesu.id est mater salutis. scz timor dei castus et sanctus per quem homo declinat a malo 7 facit bonum. De primo Prouer.xv. In timore domini declinat omnis a malo. De.ij. Eccľs.xv. Qui tim. de.fa. b. Et iō qui sine timore est: iustificari non poterit. vt dicitur in eodem.j.ca. Recte ergo timor dicitur mater salutis.quia peccatum excludit.et bonum operatur in quo salus consistit. Item sunt ibi.xij.discipuli.id est.xij.virtutes que fuerunt in discipulis ihu. Nam pmo est ibi fides apostolica que perfecte in apostolis fuit. Mathei.xvj. Tu es christus filius di viui.dixit Petrus.similiter omnes dixerunt Hoc enim matrimonium in fide celebrat̄ vt dictum est. Secundo est ibi spes apostolica. Jo.vj. Domine ad quem ibimus.q.d. Spes nostra in te ē. Sic anima deo cōiuncta totam spem suam ponit in deum.7 ipm sequit̄ puro corde. Psal. In te domine spera.nō pfun.ineternū. Tercio ē ibi caritas apľica. Jo.xj. Eamus et nos vt mori.cum ipo. Sic anima deo desponsata super omnia diligit deum.et omnia diligit ppter ipm sicut sponsa diligit virū et omnes cōsanguineos viri. Quarto est ibi obediētia pmpta que fuit inter apostolos qz statim ad vnius vocis xpi iussionez secuti sūt eum. vt patet Math.iiij. Sic anima deo copulata obedit omnibus preceptis dei.sic bona vxor viro. Luce.vij. Dico huic vade 7 vadit.et seruo meo fac hoc et facit. Quinto est ibi eleuatio mentis a terrenis: et cōuersatio celestis que fuit in apostolis. Phi. Nostra cōuersatio in celis est.sic anima deo desponsata habitat ī celestibus vbi ē sponsus su⁹. Quia vt dicit Augustinus. Anima est potius vbi amat q̄z vbi animat. Quia ergo sponsus suus quem super omnia diligit est in celo. ideo ipa p spiritūscťm eleuatur ad celū. Ezech.iij. Eleuauit me spūs inter celū et terraz. Sexto ibi ē plena iusticia p quā apľi oīb que sua sť reddiderunt. deo honorem. sibipsis sancti-

tatē. ꝛ ꝑimo obsequiū et bonā voluntatem. Sic aīa deo ꝯiuncta reddit deo que dei sunt. ꝛ cesari que sūt cesaris. Ro. xiij. Reddite omnibus debita. cui tributū tributū. cui vectigal vectigal. cui honorem honorē. Si enī inueniretur a sponso debitis obligata nō traduceret eam. Septimo ē ibi abundantia spiritus. que fuit in apl'is. Actuū. ij. Repleti sunt oms spūsancto. Sic anima deo cōiuncta. ex q̊ scit spōsum suum spiritū eē. iuxta illud Jo. iiij. spiritus ē deus. nititur quātū pōt spiritualiter viuere: ꝛ in spiritū trāsformari ꝛ spūalibus abūdare. Debꝫ etiā matrimoniū spūale sicꝫ ꝛ carnale in abūdantia celebrari. Gal'. v. Spū am. et desi. car. n. ꝑfi. Octano ē ibi fortitudo siue patiētia firma que fuit in apostol'. Luce. x. Ecce ego mit. vos sicut oues in me. lu. In eodē. xxj. In patiētia vr̄a possidebitis aīas vr̄. Sic aīa deo ꝯiuncta ꝓpter nulla aduersa que spons⁹ ꝑmittit ei euenīē separ' ab eo. Ro. viij. Quid nos se. a cari. xp̄i. q. d. nihil. īmo reputat se beatā si. p amore sponsi patiat' aliquid aduersi. Actuū. v. Ibāt ap. gau. a cōspe. con. qm̄ dig. ha. sunt p no. ie. cōtu. pa. Nono ē ibi edificatio ꝑximoꝝ que fuit in apl'is. Math. v. Vos estis lux mūdi. Sic aīa deo cōiuncta ꝓp' amorem sponsi edificat verbo ꝛ exemplo. vt ꝓpter ip̄a ab omnibus ametur. Ro. xij. Prouidentes bona nō tm̄ corā deo: ꝫ etiam coram ho. j. Thi. iiij. Exemplū esto fideliū in verbo. in cōuersatōe. in caritate. in fide. in castitate. Decimo ē ibi victoria plena de inimicis. que fuit in apl'is. Lu. x. Reuersi sunt aūt. lxxij. discipuli: di. Dn̄e etiā demonia subijciunt' nobis in nomine tuo. Sic anima sponsa dei omnes ꝑsuasiones dyaboli supat. resistēdo quibus ei persuadet. vt p peccatum mortale secū fornicet'. Jaco. iiij. Resistite dya. ꝛ fu. a vo. Vincit enī mūdū ipm odiēdo ꝛ fugiēdo. quia spōsum suum xp̄m occidit vincit etiā carnē ip̄am macerando. ꝛ domādo. quia a deo sponso suo ipsa retrahere nititur. j. Coꝛ. ix. Castigo corp⁹ meum ꝛ in ser. r. Undecimo ē ibi cōcordia ꝛ vnitas animoꝝ que fuit in apl'is Act. iiij. Erat illis cor vnū ꝛ anima vna ī domino. Sic anima sponsa dei vnum ē cum deo et habet cuꝫ ip̄o idem velle ꝛ idem nolle. Et ideo omnia mandata eius implet. Psal. Ad omnia mandata tua dir. j. Coꝛ. vj. Qui adheret deo vn⁹ spiritus ē. Duodecimo ē ibi cōmunio rerū sicut in apl'is fuit. quibus erant omnia communia et distribuebatur vnicuiqꝫ. put opus erat. vt dr̄ Actuuꝫ. ij. Sic aīa spōsa xp̄i omnia habet cōmunia cū deo. Et iō petentibꝫ se ex pte dei bona sua largitur: que ip̄e in persona illorum se recipe ꝑfitet'. Mat'. xxv. Quod vni ex minimis me. fe. m. fe. ¶ In hoc matrimonio debet anima sponsa xp̄i habere ydrias aque. id ē lacrimas oculoꝝ ꝛ cordis. vt in eis sepe lauetur ne sponso turpis appareat. iiij. Regum. v Uade ꝛ la. se. m. ioꝛ. p̄s. Lauabo p sin. no. le. meum ꝛc. Sic lauit se magdalēa ꝛ petrus. et iō sponso innumerabiliter placuerunt. Aque istius matrimonij. i. aduersa et tribulationes. et tristicia que in hoc matrimonio cōtigerint cōuertētur in vinum optimum gaudij et consolatōnis. Jo. xvj. Tristicia vr̄a verte. in gau. Psal. v. Trāsiuimus p ignem ꝛ aquaꝫ ꝛ eduxisti nos in refrigerium. Et sic patet de matrimonio spūali. ¶ Terciū ē matrimoniuꝫ sacramētale inter filium dei et humanā naturā. qđ fuit initiatum in patriarchis ꝛ ꝓphetis quando deus iurauit abrahā ꝛ dauid ꝙ de semine ip̄orum carneꝫ sumeret. p̄s. cxxxj. Jurauit do. da. ꝛ nō fru. eum de fru. ven. t. p. su. s. t. Tunc fuere istius matrimonij sponsalia celebrata. Fuit aūt ratificatum in gabrielis archangeli missione. tunc enī ratum et acceptuꝫ est factū tam ex parte dei ad cōsūmandum matrimonium angelum mittentis q̄ꝫ ex parte virginis q̄ vices humane nature gerebat consentientis. Consūmatum xͦo fuit dum filius dei humanam naturam. i. animam et carnē in vtero virginali tāqꝫ in thalamo in vnitate persone sibi vniuit et copulauit. vt eēnt duo in carne vna id est diuina et humana natura in vna ꝑsona filij dei. Sicut in matrimonio carnali sūt duo in vna carne scilicet generanda. Uterus ergo virginalis fuit istius cōnubij thalamus. vt dicit Grego. p̄s. Ip̄e tāqꝫ spon. ꝓce. de thal. suo. Fuit aūt hec sponsa in domum viri intro ducta in christi ascensione. Tunc eniꝫ humana natura ad dextram dei patris ē parit' collocata tāqꝫ dilecti sui sponsa. Et nota ꝙ incarnatio dei dicitur matrimoniuꝫ propter septē. Que require infra secūda dominica post trinitatē in primo membro sermonis de euangelio ꝛc.

de licentia sacerdotis. Q ¶ Et queritur
vlterius. vtrum frangens ieiunium preter p̄-
ter predictos mōs peccet mortaliter. Et di-
cendum ꝙ sic. si hoc facit ex cōtemptu vel si-
ne rationabili causa. q: mandatuʒ ecclesie si-
cut mandatum dei obligat. iuxta illud Lu. x.
Qui vos au. m. a. ꝛ q̄. ꝛc. R ¶ Septimo
querit̄ in qua etate hō tenet̄ incipere ieiuna
re. Ad qḋ dicendum ꝙ a. xxj. anno hō dʒ to-
tam quadragesimam ieiunare. ante auteʒ nō
tenetur. quia vsqꝫ ad illud tēpus natura mł-
to indiget nutrimento propter nutricionem
ꝛ augmentationem quā habet in corpore fa
cere. Nā vsqꝫ tunc hō nutritur ꝛ crescit. Sʒ
bonum est vt puer ante hoc tempus ieiunaē
īcipiat. S. Octauo q̄ritur qua hora hō
debeat comedere quando ieiunat. Et dicen-
dum ꝙ ieiunās hora. ix. debet comedere ꝛ n̄
ante. Cuius rō est. quia ieiuniuʒ debet eē pe
nosum. a medio autē die vltra ieiuniū īcipit
eē penosuʒ. ante auteʒ parum vel nihil. quia
calor naturalis de nocte redit ad interiora si-
cut sol. ꝛ ꝑ totā noctem in digerendo cibū la
borat. De mane autem vt sol ad exteriora re
dit trasmittendo cibum digestum ad mēbra
ꝛ hoc facit vsqꝫ ad mediū diem. media autē
die calor naturalis nō hʒ in qḋ agat ꝛ iō re-
flectit̄ sup̄ stomachū. ꝛ ꝯsumit humiditateʒ
eius. ꝛ extūc homo incipit debilitari. ꝛ ieiuni-
uʒ incipit esse penosuʒ. an̄ auteʒ paruʒ vel ni
hil ē penosum. Unde Inno. d. ꝙ neq̄q̄ pu-
tandi sunt ieiunare q̄ ante nonam comedūt.
qḋ intelligo ꝑ magnam horam. vt ī tercia vł
in media die. Sufficit eniʒ ꝙ nona inueniat
hominem comedentem in mensa. al's oporte
ret eum habere astrolabiū ad horā nonā co-
gnoscendam. quod non est necessarium. Sʒ
contra de religiosis qui media die comedūt.
Et dicendum est ꝙ verum est in quibusdaʒ
ieiunijs voluntarijs nō ab ecclesia institutis.
sed in ieiunijs ab eccl'ia institutis ip̄i obsuāt
horā none ꝛ seruare tenent̄ sicut ꝛ alij. Exē-
plum ionathe qui comedit ante horam. ꝛ ꝑ-
pter hoc venit plaga dei in ppl'm. vt patet. j.
Reg. xiiij. T ¶ Nono queritur que ciba-
ria in ieiunijs possint comedi. Ad h̄ dicendū
ꝙ carnes oua ꝛ caseus vbiqꝫ sꝫ totalit̄ ꝓhi-
bita in quadragesima. Ex xo q̄dragesimā ī
ieiunijs eccl'ie sil'r carnes vbiqꝫ sūt ꝓhibite.
Oua xo ꝛ caseus pn̄t ꝯmedi f̄m eccl'ie ꝯsue
tudinem diuti⁹ approbatā. V ¶ Decio
querit̄ an potatio an̄ ꝯmestiōeʒ. vł ꝯmestio
electuarioꝝ. vł tragec. vł āticipatō none frā-
gat ieiuniū. Et dicendū ꝙ vini potatō an̄ co
mestionē vel ꝯmestio electuarioꝝ vł tragee
p⁹ ꝯmestionem nō frangunt ieiuniuʒ. vt dic̄
Inno. papa. nisi ista in fraudē sumant̄ vt. s.
fames tollatur. quia si sic fieret omnino esset
contra intentionem legislatoris. que dʒ r̄spi
ci tanq̄ ꝑncipale ī oī lege. Si q̄s eīn de mā
comedēt electuaria ꝛ bn̄ bibēt certe nullā po
stea vsqꝫ ad nonā famem patētur. ꝛ sic illude
ret ieiunio ꝛ eccl'ie. Anticipatō aūt none ꝑ ma
gnā horā. ita ꝙ comedat̄ in media die vł cir
ca: oīno frāgit ieiuniū. vt dic̄ Inno. nisi legi-
tima assit causa. X ¶ Undecimo querit̄.
que sunt que minuūt ieiunij meritū. Ad qḋ
dicendū. ꝙ sꝫ sex. Primū ē multoꝝ ciboꝝ sū
ptio ꝛ delectatio in eisdeʒ. Scdm̄ ē mag̃ mo-
ra in comedendo ꝛ multum ꝯmedere. Terci
uʒ est ꝯmestio electuariorum. Exempluʒ de
famulo domī richardi cardinalis qui videns
familiaʒ omni sero quadragesime electuaria
comedere. comedebat ipse castaneas ex quo
de electuarijs habere non poterat. Quartū
est potatio vini ante comestionem. Quītū ē
impatiā ꝛ perturbatio familie. Exemplū de
illo qui dum ieiunaret totam familiam ꝯtur-
babat. Cui apparuit bt̄a xgo di. ꝙ poti⁹ fa
ceret elemosynas ꝛ nō ieiunaret. Sextuʒ est
occupatio in re illicita vt tollatur tediuʒ ieiu-
nij. vt illi qui ludunt ad taxillos. Peius autē
his omnib⁹ ē non confiteri in principio q̄dra
gesime. Y Duodecimo queritur qui sꝫ
illi qui infructuose ieiunant. Ad quod dicen
dū ꝙ sex genera hominum infructuose ieiu
nant scilicet ypocrite. qui ieiunant vt boni
reputentur. Et illi qui non habent vt come-
dant. libent̄ eīn comederent si haberent. Et
illi qui nō habent appetitū comedendi ꝛ d h̄
dolent. Et illi qui ieiunant propter infirmita
tem cauendam vel reuma. Et illi q̄ ieiunant
ꝑpter auariciā vt burse parcāt. Et illi q̄ ieiu
nant vt sapidi⁹ ꝛ melius comedāt. vt gulos⁹
ꝛ deliciosus. Z ¶ Tredecio querit̄ vtruʒ
iusti teneant̄ ieiunare ꝛ quare. Ad qḋ dicen
dum. ꝙ q̄ntūcūqꝫ iusti ꝛ innocentes ieiuna-
re tenentur. Et hoc propter tria. Primo vt

obediãt mandato ecclesie qḋ ita obligat sicut mandatū dei. Lu.x. Qui vos au.m.au. Secundo vt eis meritū augeat. Nō eniz solum peccatores affligunt̄ in ista vita. ẜ vt plurimum iusti ad augmentū glīe. vt ptz de Job. Tercio vt a malis p̄seruent̄. Est em̄ ieiuniū purgatiuuz ⁊ preseruatiuum sicut medicina.

¶ Quartodecimo. q̄rit̄ an existētes ī peccato mortali teneant̄ ieiunare. ⁊ ad q̄d valeat eis. Et dicendū q̄ stat⁹ pctōris ē sicut stat⁹ īfirmi. Vn̄ sicut infirmus magis indiget cōfortari q̄ȝ sanus. q̄uis cib⁹ nō ꝯuertat̄ in corp⁹ suū sicut ꝯuertit̄ in corpus sani. sic pctōr magis indiget ieiunare ⁊ benefacere q̄ȝ iust⁹. q̄ȝuis ei nō tantū ꝓsit. Valz aūt ieiuniū ⁊ alia bona opa q̄ facit pctōr in mortali exn̄s. q̄ȝtum ad multa alia. q̄ȝuis ad p̄miū essentiale. vite eterne non valeat. Ad que bona valeat. require alibi. quia hoc nō est de p̄nti materia. Et tantū de dubijs istis.

¶ De ep̄la Sermo ¶ .xxxiiij.

Ortamur vos ne innacuū grām dei recipiatis. ij. Cor. vj. Sicut dī Eccl̄s. iij. Oīa tp̄s h̄nt. Et oī tp̄e debem⁹ sp̄ūalib⁹ intendē. iux illud p̄s. B̄ndicā dn̄o ī oī tp̄e. tn̄ hoc tēpus ē sp̄ealib⁹ ab eccl̄ia ad lamēta p̄nīe ⁊ spirituālē militiā institutū. Et iō oēs xp̄iani xp̄i milites debēt mō in spirituali bello ꝯtra carnem. mūdū ⁊ dyaboluz fortius dimicare. qr fortius instat bellū. iuxta illḋ Eccl̄s. ij. Fili accedens ad seruitutē dei. sta in iusticia ⁊ timoē ⁊ p̄pa aīam tuā ad tēptatōem. Et iō ap̄l̄s xp̄ianoꝝ capitaneus ⁊ mḡr in hac ep̄la oms fideles hortat̄. vt grām dei qua possint in h̄ periculo de hostib⁹ triūphare recognoscant ⁊ ipsam nō neglīgāt. ẜ vtant̄. qr p ipam possunt hostes deuicē ⁊ ī oīb⁹ virtuose agē. ⁊ tādē ad regna celestia ꝑuenire. Propterea dicebat ap̄ls. j. Cor. xv. Gr̄a dei sum id qḋ suz ⁊ gr̄a e. i. me va. nō fuit. In hac ḡ ep̄la ap̄ls tria facit. P̄rīo em̄ hortat̄ vt gr̄a dei vtētes bona opa incboemus. In p̄ncipio ep̄le. Secundo nos hortat̄ vt ī bonis opib⁹ incboat̄ de bono in melius ꝓcedamus. ibi. Sz in oīb⁹ exhib. nosmetip. si. di mi. Tercō nos hortat̄. vt bona opa incboata ī p̄seuerātia cōsumemus. ibi. p arma iusti. a de. ⁊c. ¶ P̄rīo ergo nos hortatur vt gr̄a dei vtētes bona opa incboemus. Et qr bonū opus nō p̄t fieri nisi malum caueat̄. ideo circa primū duo facit. P̄rīo hortat̄ ad bonū. Scd̄o dehortat̄ ad malū. s. vt a malo caueā⁹ ibi. Nemi dantes vllam offensionē. Iterum circa p̄mū duo facit. P̄rīo poīt exhortationem ad bonum incboandum. Et assignat rōem. Scd̄o on̄dit tp̄s adeē ad bonū faciēdū. ibi. ecce nūc tē. accep. Di. ḡ. Hortamur. v. ne. inna. ḡ. d. re. Et assignat rōem qr deus ꝓmittit iuuare. q̄ ait. Ysa. xlix. Tp̄e accepto. s. tp̄e gr̄a. ex. t. amouē do oīa impedimēta salutis ⁊ ī die salutis. scȝ qn̄ salus ꝯfert̄ qḋ ē modo tempe gr̄e adiuui te ꝯferendo omia necessaria ad salutē. ꝓpter duo ergo debemus incipe bene operari. scȝ quia omnia impedimenta remouet. ⁊ qr gratiam ⁊ opportunitatem bene operandi ꝯfert q̄ duo hō natural̄r desiderat vt perueniat ad salutem. ⁊ ideo dixit. Exau. te. Hec ē maria gr̄a quā n̄ debem⁹ inuacuū recipe. Vbi nota q̄ tunc dī aliq̄s gr̄az sibi factā recipe ī vanuz siue innacuū. quando non vtit̄ ea ad finē illam ad quem gr̄a illa fuit ei exhibita. vt si gratis accōmodo tibi aureos vt lucreris. ⁊ tu tenes eos in sermo. sicut ille seru⁹ nequaȝ q̄ ait Lu. xix. Dn̄e ecce mna tua quā habui repositā in sudario. Cui dn̄s ait. Quare nō dedisti pecuniā meā ad mensam ⁊ ego veniens cū vsuris vtiq̄ȝ exegissem illā. vn̄ ⁊ ph̄us d. q̄ vacuū ē qḋ nō includit finē ad queȝ est. Et s̄m hūc moduz multas gr̄as a deo in vanuz siue innacuū recipim⁹ qr p ip̄as fineȝ intentū nō ꝯsequim̄. ¶ Et int̄ alias octo sunt gr̄e quas pctōres a deo in vanū recipiūt. P̄rīa ē gr̄a filioꝝ adoptōis p quā sum⁹ a s̄uitute dyaboli liberati. ⁊ in filios dei adoptati. qḋ totū fit ī baptismo. j. Jo. iij. Videte q̄lem dilectionē dedit nobis de⁹ vt filij dei nominem̄ ⁊ si. Qui ergo p⁹ baptismalem gr̄az iteꝝ subdit se dyaboli seruituti innacuū gratiā adoptōis filioꝝ in baptismo recepit. ij. Pet̄. ij. Cais reuersus ad vo. suū ⁊ sus lota ī volutabro luti. Scd̄a gr̄a ē celi aptiōis ⁊ debiti solutōis. Nā xp̄s p sue passiōis meritū gratis nobis celum apuit. a quo iuste exulabamus. ⁊ precium soluit pro quo tanq̄ȝ pro debito primorum parentum in carcere inferni detinebamur. neq̄ȝ celum ascendere poteramus. Apoc. iij. Qui habet clauē dauid. q̄ clau. ⁊ ne. ap. aperit ⁊ nemo claudit. j. Pet̄. ij. Qui pctā n̄ra ptulit in corpe suo sr lignū. s. penā ⁊ pcn̄ ꝓ pctis n̄ris. Tūc hō hāc gr̄iaȝ

inuanum recipit. quando nec celum vult intrare ⁊ maiori se obligat quotidie pena peccatorum. dum peccata peccatis addit. propter que eterno cruciatui ē deputand⁹. Lu. xj. Fiunt no. hoī. il. peiores prioribꝰ. Tercia ē gratia vie ꝯgnitionis. Nam xp̄s ad hoc venit in mūdum vt viam eundi ad celū nos doceret. quam nullus docere poterat. quia nullus ascendit in celum: nisi qui de celo descendit filius hoīs qui semper est in celo. vt dicit᷑ Joh. iij. Vñ ait. Ego sum via Joh. xiiij. Et iterum. Ego sum ostium. p me si quis introi. sal. Jn eodē. x. Hanc viam nesciūt extere nationes. ⁊ ideo saluari non possunt. q2 sine fidē impossibile ē placere deo Hebr. xj. Cognoscere ergo deum per fidem ⁊ eius voluntatē ⁊ eius iudicia magna gratia est. Ps. Nō fe. ta. o. na. ⁊ iu. s. n. ma. e. Hanc gratiam hō inuanū recipit quando p viam cognitam non incedit. Xp̄s clamat. Uenite post me ego sū via. Uenite p viam innocentie. per viam penitentie. p viam obedientie. p viam sanctitatis. p viam humilitatis. per viam paupertatis. ⁊ pauci vadunt post eum. sed abeunt ali⁹ in villam suam. alius ad negotiatōnem suaȝ. Et dicunt dño illud Job. xxj. Recede a nobis: sci. vi. t. nolumus. Jtem melius fuisset viam veritatis non cognoscere. q̄ȝ post cognitionem retrorsum conuerti. j. Pet. ij. Quarta est gratia medicinarum preparationis. quia xp̄s efficacissimas medicinas infirmo homini preparauit. He medicine sunt sacramenta ecclesie que xp̄s in suo sanguine confecit. ⁊ homini a demonibꝰ sauciato adhibuit. vt patet in illa pabola. Lu. x. Hō quidam descen. ab hierl'm i iericho. ⁊ inci. i latro. ⁊c. Et quia vt di. Aug. he medicine. s. sacramēta ecclie d' latē xp̄i fluxerunt pendentis in cruce. ideo infinitam habent virtutem ita vt omnes in q̄cunq̄ȝ infirmitate sanent᷑. Ps. Qui sa. o. infir. tuas. He medicine non sūt in exteris natōnibꝰ. ⁊ iō eoꝝ plage sūt desꝑabiles. q2 nisi de⁹ p miraculū faciat null⁹ eoꝝ sanat᷑. Sed nos non hēmus nisi apire os ⁊ dicere. peccaui et recipe sacramenta ecc'ie. ⁊ tunc spūssctus intrat ⁊ totalit᷑ sanat aīam. Apoca. iij. Ego sto ad ostiū ⁊ pulso. Hanc gratiam inuacuū recipit quicunq̄ȝ has medicinas spnit. nec eas vult sumere. q2 nec penitentiaȝ nec eukaristiaȝ sumit ⁊ stultizat volens sine medicina saluteȝ. qđ ñ pōt eē. Lu. c. ix. Si q̄s vult post me ve. s. ad salutē. abne. se. p amaram medicinaȝ ⁊ t. cru. su. i. pniam. ⁊ seq. m. Quinta ē gratia administratōnis. De⁹ eñ magnam gratiam fecit homini in eo q̄ ordinauit q̄ omnes creature ei seruirent vt ad salutē facili⁹ pueniret. Nā vt dr̄ Hebr. j. Oēs angeli sunt administratoꝝ spūs in ministerium missi. ꝓpter eos qui hereditatē capiunt salutis. Celū etiam ⁊ sol ⁊ luna. ⁊ omnia sydera famulant᷑ homini. ⁊ silr̄ quatuor elementa. ⁊ oīa terrenascentia. ⁊ breuiter oīa hoī seruiunt ad salutē. ⁊ bona nature ⁊ bona fortune. Deut᷑. iiij. que creauit dñs deus in ministerium cunctis gētibꝰ que sub celo sunt. De hac gratia dauid admirat᷑ di. Dñe quid est homo q̄ memor es eius. Et sequitur. Omnia sub. sub pe. ei⁹. ⁊c. Hanc gratiam inuacuum recipit qui nō ad salutem sed ad perniciem vtit᷑ creaturis ⁊ bonis nature ⁊ fortune. vt qui in creaturis delectatur plus q̄ȝ i creatore vt deliciosus vl' q̄ creature plus seruit q̄ȝ creatori. vt auarus vel qui honorem deo debitum nō creatori exhibet ꝫ creaturis impendit vt sortilegi ⁊ diuini. vel qui diuinos honores sibi volunt impendi. vt superbi. Joh. xij. Dilexerunt gloriam hominum magis q̄ȝ gl'am dei. Sexta est est gratia expectationis. Homo eñ peccās mortaliter statim est dignus mortis et̄ne. q2 ꝯ eternū bonū peccauit. ⁊ eterno bono se priuauit. ꝫ deus ex magna grā ⁊ misericordia ñ statim ꝯdēnat euȝ. ꝫ expectat eū vt pēiteat ⁊ e⁹ misereat᷑. Ysa. xxx. Proptēa expectat de⁹ vt misereat᷑ nostri. Et q̄ ista sit grā magna. considera illos qui statim post peccatū ad infernum descenderunt vt chore dathā ⁊ abiron qui viuentes ad inferos descenderūt. vt patet Numeri. xxvj. Jta quilibȝ peccator esset dignus descendere. Et attēde q̄ntū expectat multos. Sed audi Ysaiaȝ. Expecta reexpecta. expecta. reexpcta. vt vadāt ⁊ cadāt retrorsuȝ. ⁊ ꝯterant᷑ ⁊ illaqueent᷑ ⁊ capiant᷑. q2 longa expectatio est eis occasio plura mala faciendi. Deus tamen facit quod in se est. Eccl'. viij. Quia nō ꝓfert᷑ cito ꝯ malos sententia. filij hoīm absq̄ȝ vllo timore perpetrāt mala. Hanc ergo grām inuacuum recipit q̄ factus coruus. semper diceret. cra. cra. ⁊ nunq̄ȝ redit ad arcam. Jn cuius figura dominus mandauit in leui. vt nunq̄ȝ coruus in sacrificio offerretur deo. Septima gratia est nuptialis vestitiōis. Deus antē gēs induit

omnem christianū veste oīm ꝟtutū ꝛ donorum spūsscti. ꝛ facit eam dignā nuptijs rgis eterni. quā quicūqꝫ nō habuerit. de nuptijs eternis expellet᷑. qꝛ nō ē dignum vestitū sacco aulā regis intrare. Ista ē maria grā. Nullus vnqꝫ histrio ab aliquo dn̄o talē vestem vel tale donū recepit. Et ꝙ ista sit magna gr̄a ptꝫ. Quia xp̄s istā vestē n̄ donat nisi xp̄ianis. Hanc ergo grāꝫ in vacuū recipit quicunqꝫ hanc vestē ꝑ peccatū mortale ꝓijcit ꝛ nudus remanet. tanqꝫ ribaldus inter lusoēs Cōtra qd̄ dr̄ Apoc. xvj. Beatus qui custodit vestimenta sua ne nudus ambulet. Octaua ē grā gl̄iose resurrectōis. Propterea enī xp̄s mortuus ē ꝛ gloriosus resurrexit vt mortem nostrā destrueret moriendo. ꝛ vitā repararet resurgendo. Hec fuit maria grā. Quia ex iusticia ē ꝙ morimur ꝛ ex grā ꝙ resuscitamur ꝛ immortales sumꝰ. Sꝫ ꝙ gl̄iosi resurgamus. hoc ē maria grā quam expectamus. Philip. iij. Saluatorē expectamꝰ dn̄m nr̄m ihesū xp̄m q̄ reformauit corpus humilitatis nr̄e ꝯfiguratū corpi claritatis sue. Hāc grāꝫ in vacuū recipit quicunqꝫ in quadragesima nō mortificat corpus ꝑ pn̄iaꝫ. vt in pascha te gloriosus cū xp̄o resurgat. qꝛ vt d. apo. j. Corinth. xv. Sicꝫ granuꝫ nō surgit gloriosuꝫ cū folijs nisi prius moriat᷑ in terra. sic hō nō surgit in gloria nisi in mūdo prius mūdo moriatur. Colloss. iij. Mortui eī estis ꝛ vita vestra abscondita est cū xp̄o in deo. Rō. vj. c. Si ei mortui sumꝰ cū xp̄o credimꝰ: ꝙ simul etiā viuemus cū eo. Deinde cū dicit. Ecce nūc tempus acceptabile. Ostēdit tp̄s adesse ad bonū faciendū. qꝛ nunc est tp̄s acceptabile in q̄ deus acceptat opa nostra. Est dies salutis ī q̄ salus et̄na ꝯfert᷑ bn̄ opantibꝰ. B. Ubi nota ꝙ ꝓpt̄ eē q̄drupler ꝯpatō istꝰ nūc. Prima ē pn̄tis ad futuꝝ. qꝛ pn̄s seculū ē aptum ꝛ acceptabile ad bn̄ opandum ꝛ nō futuruꝫ Eccl. ix. Qd̄cunqꝫ potest manus tua facere instanter operare. qꝛ nec opus nec rō. nec sapientia. nec scientia erunt apud inferos. q̄ tu ꝑperas. Sed vt dr̄ Prouer. xx. ꝓpter frigus piger arare noluit. mendicabit ergo in estate ꝛ non dabit᷑ ei. qꝛ si pctōr vellet dare totum mundū ꝓ vna gatta aq̄ in alia vita nō haberet. Exemplū de diuite epulone. d quo Lu. xvj. Et si totꝰ mūdus rogaret ꝓ vno dānato nō exaudiret᷑. qꝛ in inferno nulla est redēptō vt dr̄ Job. vij. Nūc ergo ē dies salutis. Secundo potest esse ꝯpatio presentis tp̄is ad tp̄s ve. te. ī quo viuebāt hoīes longissimo tempe. ꝛ multa patiebant᷑ aduersa ꝛ tandēꝫ ad inferos descendebāt. qꝛ nec sanctitas nec iusticia. nec misericordia. nec aliq̄d aliud valebat. Job. xvj. Ibi ꝯstituta ē domus oī viuenti. Sꝫ mō post modicū laborē ꝛ quasi ꝓ nihilo dat᷑ vita eterna ꝛ mltis dat᷑ gratis sine labore. Eccl. lj. Modicū laboraui ꝛ inueni mihi multā requiē. Statī mō qn̄ morit᷑ iustꝰ vadit ad padisū. Lu. xxiij. Hodie mecū eri. in pa. Hoc verbū nō potuert audire omnes sancti ꝛ ꝓphete ve. te. nec etiam io. bap. ꝛ tn̄ vnus latro no. tes. audire meruit. Nūc ergo ē tp̄s acceptabile ꝛ dies salut̄. Tercō pt̄ eē ꝯpatō q̄dragesime ad reliquū tp̄s totius anni. qꝛ hoc tempꝰ ꝓcipue ē dies salutis ab ecclesia institutus ad delendū peccata. ad expugnāduꝫ vicia ꝛ ad acquirendū gl̄iaꝫ. In nundinis vel foro inueniunt᷑ oīa necessaria ꝛ tunc debent emi qꝛ melius foruꝫ habet᷑. Carissimi mō sunt nundine bonoꝝ aīe. naꝫ ecc̄ie sunt aperte. indulgentie dat᷑. misse ꝛ oīones multiplicant᷑. ꝛ frequent᷑ predicatōni insistitur. ꝯfessores sedent peccata relaxare parati Oīa ergo sunt pata venite ad nuptias. Uere hoc est tp̄s acceptabile ꝛ dies salut̄ ī quo oīa renouant᷑. ꝛ ad fructificādū se parant ꝓpt̄ miseruꝫ peccatorē. Nam aīalia ꝛ vinee ꝛ arbores incipiunt parere. d quo dn̄s ꝯquerit᷑. ꝑ Hieremiā. viij. c. d. Miluus in celo ꝯgnouit tp̄s suū. turtur ꝛ irundo ꝛ ciconia custodierunt tp̄s aduentꝰ sui. ꝓpl's aūt meꝰ nō cognouit iudiciū dn̄i. Qrto pt̄ eē ꝯpatō pn̄tis tēporis ad futuꝝ. siue hodierne diei ad crastinum. Hodie ergo est dies salutis. qꝛ vt dic̄ Bern̄. qui tibi ꝓmisit veniā de ꝯmissis. dieꝫ crastinuꝫ nō spopōdit. Et stultuꝫ ē in crastinuꝫ differre. qꝛ vt d. Bern̄. Nil certiꝰ morte ꝛ nil incertius hora mor. Mlti intrant de sero lectulū ꝛ de mane inueniunt᷑ mortui. Job xxj. Ducūt in bo. d. su. ꝛ i. pc. Exemplū de illo diuite. Luc. xij. q̄ dicebat. Aīma mea hēs multa bo. rep. in an. pl'i. requies. ꝯme. bi. epul Et sequitur. Stulte hac noc. repe. ani. t. a te. que autem para. cuius erunt. Propterea dr̄ Ecc̄. v. Nō tardes ꝯuerti ad dn̄m ꝛ ne differas de die in diem. subito enim veniet ira illius. ꝛ in tēpe vindicte disperdet te. Sꝫ multi faciūt sicut Salomon di. Prouer. xxvj. Sicut hostiuꝫ vertitur in cardine suo. sic piger

in lectulo suo. Hostiũ cuz rugitu vertitur i
cardine sed nunq̃ inde exit sic peccator i cō-
cupiscentia sua clamans. o plus o plus. sed ñ
dimittit eã. Deinde cũ dicit nemini dantes
supp. sitis vllam offensionem dehortatur ad
maluz. vt. s. a fratrum offendiculo caueamus
j. Corinth. x. Sine offensiõe estote iudeis et
gentib9 7 ecclesie dei. Et assignat huius rati
onem: dicens. Ut non vituperetur mi. nos. s.
per vos dum offenditis: 7 nos non imitami
ni. Ministeriumz di. officiũ. Rõs. ij. Nomẽ
dei per vos blasphemat' inter gentes. Pro-
pterea monet Petrus. j. ep'la. ij. c. Conuersa
tionẽ vestraz int' gentes habentes bonã vt i
eo q' detrectant de vobis tanq̃ de malefcto
rib9 ex bonis operibus vos ɔsiderãtes glori
ficent deum. Et sic patet primuz. ¶ Secun-
do nos hortatur vt in bonis opibus incohoa
tis de bono ad melius ꝓcedam9. Et circa h
duo facit. Primo hortat' ad ꝑfectũ ꝟtutũ
in generali ad nullaz virtutem descendo. Se
cundo in speciali ad speciales descendendo.
ibi. In multa patientia. Dicit ergo. Non re
cipiamus innacuũ gratiam dei. sed in omni-
b9 bonis 7 virtutib9 exhibeam9 nos. s. ego 7
vos sicut dei mĩstros. j. Cor. iiij. Sic nos exi
stimet homo vt ministros xp̄i. Deinde cũ d.
In multa patiã descendit ad ꝑfectuz spẽalẽ
in ꝟtute. Et tangit ꝑfectũ in. xvj. opib9 vir-
tutũ. siue in. xvj. ꝟtutib9. ¶ Et p̄mo in
patientia d. Exhibeamus nosmetip̄os in oĩ-
bus sicut dei ministros in ꝟtutib9. s. in multa
patiã hĩta. s. i tribulationib9. q' vt di. Psal.
Multe tribu. iu. s. Secũdo exhibeamus nos-
metip̄os sicut dei ministros in necessitatib9
vt. s. in necessitatibus sanctoꝝ 7 pauperuz ꝑ
posse nostro subueniamus. Rõs. xij. Neces-
sitatibus sanctoꝝ ɔmunicantes. s. nostra bo-
na tp̄alia. Tercio in angustijs que sunt in sb
tractione eoꝝ que homo desiderat. vnde sur
git in eo cura. ira. 7 timor. Hebre. xj. Egẽtes
angustia'i. afflicti. Sic enim angustiatos cō-
solari debemus 7 eis ɔpati. 7 ꝑ posse assiste-
re. qđ elemosyna magna est. Math. xv. In-
firmus fui 7 vis. m. in car. er. 7 ve. ad m. ij. Co-
rinth. x. Quis infir. 7 e. nõ infir. ꝛc. Uel nos-
ip̄os debemus exhibẽ patientes in angustijs
si nobis ingruerint. Quarto in plagis nobis
ab alijs illatis. in quibus sensus affligitur qđ
fit dũ libenter eas toleramus. j. Corinth. xj.
In plagis supra modũ a iudeis qnquies q̃-
dragenas vna minus accepi. ter ꝟgis ce. su.
semel lapidatus sum. Quinto in carceribus
in quibus libertas aufertur 7 motus. in qb9
debemus ꝑficere ꝑ patientiam. Sexto in se
ditionib9. glo. id est commotõnib9 populi cō
tra nos maledicentis 7 blasphemantis. vt si
populus contra nos commouetur 7 nos in-
famat 7 blasphemat tanq̃ seductores ꝑfici
amus per patientiam 7 non deficiamus per
impatientiaz. Septimo in laboribus manu
um voluntarie assumptis. Actu. xx. Ea que
mihi opus erant 7 his qui mecum sunt mini
strauerunt manus iste. ij. Thess. iij. In labo
re 7 fatigatõe nocte 7 die laborantes. Et in-
fra. Si quis non vult operari non manducz.
Psal. la. ma. tu. m. be. e. 7 be. e. Octauo in vi
gilijs in quibus debemus orare 7 premedita
re quid sit agendum 7 qualiter Math. xxvj.
Uigilate 7 ora. ne intr. in temp. Nono in ie-
iunijs voluntarijs 7 coactis. vt di. glo. vt car
nem nostram domemus abstinentia esce et
potus: inquãtũ valitudo ꝑmittit. vt d. Apo
stolus. Castigo co. m. 7 in ser. re. Item vsq3 i
hanc horã esurimus 7 sitimus 7 nudi sum9.
j. Corinth. iiij. Decimo in castitate mentis 7
corporis. Castitas eñ corpis modicuz qđ ẽ
si ex affectu mentis non ꝓcedit. In cuius fi-
gura mandatum est. Leuit. xij. q' in purifica
tione duo turtures offerentur. In quib9 du-
plex castitas designatur. Lu. xij. Sit lũbi ve.
p̄cin. Hec est illa sanctimonia de q̃ di. ap'lus
ad Hebre. xij. Pacem sequimĩ cũ oĩb9 7 sã
ctimoniã sine q̃ nemo videbit deũ. Quia ni-
hil coĩquinatũ introibit in illã. Apo. xxj. Un
decimo in sciẽtia vt sciamus qualiter int' mũ
di ꝓspera 7 aduersa sit ambulandũ. Ephe.
v. Uidete q̃ñ caute ambuletis nõ quasi in-
sipientes. Non eñ satis est ministris christi
habere castitatem ꝓpter seipsos. nisi habeãt
scripturarum scientiam ad alios informan-
dum. Osee. iiij. Quia tu scientiam repulisti
re. 7 ego te ne sacer. funga. mihi. Hiere. iij. c.
Dabo vobis pastores iuxta cor meum 7 pa-
scent vos scientia 7 doctrina. Duodecimo i
longanimitate operis vt nõ deficiamus. sed
diu 7 constanter expectemus non querẽtes
hic remunerationem. Jaco. v. Exemplũ ac
cipite fratres exitus mali longanimitatis la-
boris 7 patientie prophetarum qui locuti sũt
in nomine domini. Tredecimo i suauitate s-
monis ut. s. blãdi 7 affabiles simus. Eccl. iij.

ꝯgregationi pauperum affabilem te facito. In eodẽ.vi. Verbũ dulce multiplicat amicos ⁊ mitigat inimicos. Sed quia est quedã carnalis suauitas ⁊ in ypocritis simulata. io addit spiritusancto sup. habita vt sm deum suaues ⁊ affabiles simus. non sicut illi qui ꝑ dulces sermones corda innocentium ⁊ simplicium seducunt. Quartodecimo in caritate non ficta. Caritas non ficta sed vera appellatur: quando timore aduersitatis ab amico non retrahimur. sed eum vt possumus adiuuamus. Prouerb. xvii. Omni tempore diligit qui amicus est. Item caritas non ficta est quando sic est in corde ⁊ in opere sicut ostenditur in verbo. i. Joh. iii. Fratres nõ diligamus verbo neqꝫ lingua. sed opere ⁊ veritate Ficta ergo caritas est que corde nõ perseuerat ⁊ opere non impletur sed solum per verba ostenditur. ⁊ non diligit personaꝫ sed bona eius. Quintodecimo in verbo veritatis ipsuꝫ audacter et deuote predicando ⁊ ipm semper loquendo quantũcunqꝫ surgit tribulatio. Collo. iii. Verbum christi habitet in vobis. Verbum veritatis est christus. Jo. xiiii. Ego sum via veritas ⁊ vita. Non ergo falsitas nostro verbo commisceri debꝫ. Prouerb. viii. Veritateꝫ meditabitur guttur meuꝫ. Sextodecimo in virtute dei. quod facimus quando in ipso confidimus ⁊ speramꝰ. ⁊ non in aliquo alio. Hiere. xvii. Maledictꝰ vir qui confidit in homine. ⁊ ponit carnẽ brachium suum. Benedictus vir qui confidit in do. ii. Corinth. i. Vt non simus confidentes in nobis sed in deo. Et sic patet secundum.

¶ Tercio nos apostolus hortatur vt bona opera inchoata in perseuerantia consumemus. Consummatio autem boni in duobus consistit scilicet in expugnatione viciorum. ⁊ hoc facit in hac parte. ⁊ dilatõne virtutum. ⁊ hoc facit post hanc epistolam. In hac ergo parte ad expugnationem ⁊ victoriam viciorum nos hortatur d. Exhibeamus nos sicut dei ministros. in expugnatione vicioruꝫ pugnantes ⁊ defendentes nos per arma iusticie que sunt virtutes. i. Thimo. v. Induti loricam fidei ⁊ caritatis. ⁊ galea spe salutis. Per que arma debemus nos defendere per omnem modum scilicet a dextris ⁊ a sinistris Psal. Cadent a latere tuo mi. ⁊ de. m. a dextris. Item debemus nos defendere. vt transeamus illesi ꝑ gloriam humani fauoris vt ibi non extollamur. ⁊ ꝑ ignobilitatem. i. ꝑ ꝯtemptum nostrum tanqꝫ simus viles ⁊ ignobiles ⁊ inde non deiciamur ⁊ contristemur. Per hec duo transiuit ipse apsus. vt patet Act. xiiii. quando putauerunt eum esse mercuriuꝫ ⁊ barnabam iouem. ⁊ afferentes coronas voluerunt eis vt diis sacrificare. ⁊ statim pꝰ tãqꝫ vilissimos eos reputantes eiecerunt extra ciuitatem lapidantes. Item debemus transire illesi per infamiam qua dicimur mali. ⁊ ꝑ bonam famam qua dicimur boni ⁊ iusti. vt. s. non curemus si a quibusdam vituperemur. ⁊ a quibusdam laudemur. i. Cor. iiii. Mihi auteꝫ pro minimo est vt a vobis iudicer: aut ab humano die. Sed contra hoc videtur esse quod dicitur Eccl. xxi. Curã habe de bono nomine. Et dicendum est ꝙ curandum ẽ de bona fama propter honorem deiꝫ sic loquitur autoritas. ⁊ non est curandum propt̃ se. ⁊ sic loquitur apostolus hic. Item vincamus per arma iusticie ⁊ non curemus si reputemur vt seductores dummodo veraces simus. Nam ipse christus vt seductor est habitus. Joh. vii. Alii dicebant. quia bonus ẽ. alii non sed seducit turbas. Item non curemus si simus habiti sicut qui ignoti. s. a deo. i. nõ approbati. nec ab eo electi. qr ꝯgniti sumꝰ hoc est approbati. i. approbator opa facientes. i. Thio. ii. Nouit dñs qui sunt eiꝰ. Iteꝫ non curemus si habiti simus tanqꝫ morientes. glo. de vicio in vicium ruentes vt peccatores. qr ecce viuimꝰ. i. ĩ apto ꝑ opa bõa oñdimꝰ ꝙ viuiꝰ dõ. Pt̃ et̃ itelligi de morte corpali. qr ꝓpt̃ miserias q̃s q̃tidie patiebãt̃ rputabãt̃ q̃si mortui ⁊ tamen veraciter viuebãt. Item vincamus per arma iusticie. vt si etiaꝫ affligamur in corpore simus vt castigati id ẽ ad nostram correctionem recipiamus afflictionem scientes illud ad Hebre. xii. Queꝫ enim diligit dominus castigat. flagellat autem om. f. quem recipit. Et non simus mortificati. id est nõ propter hoc nos reputemꝰ morti traditos. Psal. Castigans castigauit me dominus ⁊ morti non tradidit me. Et si habiti simus quasi tristes in anima simus tamen semper gaudentes. Jaco. i. Omne gaudium id est perfectum ⁊ integrum existimate fratres cum in temptationes varias incideritis. Item si habiti simus sicut egentes omni spirituali bono vel temporalibus diuitiis. non curemus. quia sumꝰ multos locuple-

tantes spiritualib? 7 veris diuitijs. 7 abūda-
mus non solū q̄tū ad nos sed etiam q̄tū ad
alios. Prouer. xiij. Est diues cū nihil habe-
at. 7 est paup cū in multis diuitijs sit ꝯstitu-
tus. j. Cor. j. In oīb? diuites facti estis in illo.
Itē si habiti sumus a multis tanq̄ nihil boni
habentes nec diuini nec terreni. nō curemus
quia veraciter nos sum? oīa possidētes scȝ p
ꝯtemptum 7 abiectionem in quo oīa possidē-
tur. Deut. xj. Ois lo. quē cal. p. ve. ve. e. j. Co
rinth. iij. Omnia vr̄a sunt. siue paulus. siue ap
pollo. siue cephas. siue mundus. siue vita. si-
ue mors. Et sic patet de ep̄la.

¶ Dn̄ica scd̄a d̄ euāgelio. Sermo ¶ xxxv.

Gressus hiesus

secessit in ptes tyri 7 sydonis 7c.
Math. xv. Sic d̄r. j. Joh. iij. In h̄
apparuit filius dei vt dissoluat opa dyaboli.
Ante siquidem xp̄i aduētū dyabolus possi-
debat hoīes mūdanos in aīa 7 ī corpe. 7 ido
tē tpis mlti demoīaci fuisse legūt. ppt̄ea dy-
abolus a dn̄o pnceps h? mundi appellat? ē.
Jo. xij. Nunc prīceps h? mūdi ejiciet foras.
Quotidie em̄ hiesus demoīa expellebat vtȝ
euāgelia intuēti. Et iō modo demoniaci nisi ī
fictiōe nō apparent. Et in h̄ p̄mis trib? dn̄icl
dieb? quadragesime euidēter apparet. In q̄
bus oīb? de demonū expulsiōe narratur. De
hac em̄ materia p̄sens euangeliū recitat. In
quo quidem sex p ordinē ꝯtinent̄. Primū
ē filij dei misericordia copiosa. In principio
euāgelij. Scd̄m ē chananee v̄tuosa orō. ibi.
Ecce mulier chananea a finibus illis egressa
cla. d. ei. Mi. m. do. fi. da. Terciū ē xp̄i resistē
tia siue duricies misteriosa. i. misterio plena.
ibi. Qui nō r̄ndit ei v̄bū. Quartū ē collegij
apl'oꝝ intercessio affectuosa. ibi. Et acceden
tes dis. eius. ro. e. d. Di. eā. Quintū est ad di
scipulos 7 ad chananeā xp̄i r̄nsio seriosa. ibi.
Ipe autē respō. ait. Nō sū missus nisi ad o.
que pi. do. isrl̄. Et iterū. ibi. Nō ē bo. su. pa. fi.
7 mit. ca. Sextū ē chananee a xp̄o ꝯmenda-
tio 7 exauditō g̃osa. ibi. O mulier mag est fi-
des tua. ¶ Primo ergo ponit̄ filij dei miseri
cordia copiosa. qz videns miserias nostras q̄
b? plusq̄ in luto 7 latere oī famulatu sub du
rissimo pharaonis impio p̄mebamur. exiuit
a p̄re 7 veit in mūdū. 7 egressus de padiso lo-
co deliciarum 7 beatoꝝ veit ad āgustias no-
stras vt ipsas in carne nostra assumpta nobi
scum expiret. 7 ab ip̄is nos finaliter liberaret
Galla. iiij. At vbi venit. ple. t. mi. de fi. s. fa. ex.
mu. su. le. 7c. Math. viij. Misereor sup tur.
qz ec. iā t. su. m. Hoc triduū ē tp̄s nature. tē
pus scripture. s. legis. 7 tp̄s g̃re. In q̄ triduo
deus misert? est turbe vniuerse terre. Exo.
iij. Vidi afflictionē ppl'i mei qui ē in egipto
7 descendi vt liberem eū. Et hoc est qd̄ hic
d̄r. Egressus hie. se. in p. ty. 7 sy. Tyr? inter-
pretatur tristicia 7 angustia. sydon interpre-
tatur venatio angustie. Veit ergo filius dei
ad venandum 7 capiendum angustias nr̄as
vt erueret nos ab eis. Et hoc dat̄ intelligi p
h̄ q mulier chananea. i. natura hūana. p pec
cati rabiem nō solū canina. h̄ rabida effecta ē
qz sicut canis rabidus oēs inficit. sic ipsa om-
nes inficiebat. ppt̄ qd̄ oēs nascimur filij ire
vt ait Job. Du xp̄us ingressus ē ptes tyri et
sydōis. ip̄a a chananea tyro 7 sydone exiuit.
Quia dū xp̄s miserias nr̄as intrauit. natura
humana remedia salutis inuenit. Quia xp̄s
appropians hoī sauciato qui incidit in latro-
nes alligauit vulnera eius infundens oleum
7 vinū. Lu. x. i. sacia eccīe q̄ lāguētis aīe 7 iā
existentis in morte sīt efficacissime medicine.
ps. Misit verbū suū 7 sanauit eos. 7 eripuit
eos de interitionib? eoꝝ. Vel aliter. Egress?
ē hiesus. i. salus d̄ terra 7 ppl'o iudeoꝝ. Et fu
it hoc ex maxima iusticia. Ipi em̄ fuerūt re-
belles lumini. qui dixerūt deo. Recede a no.
sci. vi. t. no. Job. xxj. Lu. xix. Nolum? h. reg.
su. no. Itē nō ha. re. nisi ce. Job. xix. Et ideo
hiesus. i. salus secessit ad ciuitates 7 ad ppl'os
gentiliū. Nā tyrus 7 sydon ciuitates genti-
liū erāt. Actu. xiij. Vobis oportebat p̄mū
loqui verbum dei. h̄ quoniam repellitis illud
ecce ꝯuertimur ad gentes. Et fuit marie mi-
sericordie dei vt ad illos gratiam salutis effū
deret. qui ipsum quotidie ipugnabant 7 ip̄m
negabant 7 honorem suū ydolis quotidie ex
hibebant. Titū. iij. Nō ex opib? iusticie q̄ fe.
n. h̄ ſm su. m. sa. n. f. In immensum ergo tene
mur deo pro maxima misericordia nobis fcā
que in xp̄i incarnatione 7 morte nobis appa-
ruit. Sed xp̄iani magis 7 sup omnes obligā
tur. quia hiesus. i. salus a iudeis egressa sup
xp̄ianos plenarie requieuit. Rō. xv. Gētes
autem super misericordia sibi facta hōrare
debent deum. Et sic patet primum. ¶ Se-
cundo ponit̄ chananee oratō virtuosa quia
ecce mulier chananea 7c. Attende q ecce in

scriptura sacra nota est admirationis. Valde quippe mirabile in ista muliere apparuit. Quia vt dicit Crisosto. Mira res mulier caput peccati.arma dyaboli.expulsio paradisi corruptio legis antique venit ad dominũ hiesuz. Mulier naturaliter timida nõ timet adire et ei loqui cuius conspectum cherubin et seraphin in celestib9 tremunt. O admiranda res sursum tremor. deorsum fiducia. Propterea inquit venit.propterea carnem assũpsit vt et ego audeam ei loqui. Mulier naturaliter modici sensus ita sapienter allegauit.

D ¶ Ubi nota ꝙ prout ex hoc euangelio colligi potest.chananea in sua oratione ostẽditur virtuosa fuisse ꝙ̃tum ad decem.

¶ Primo ostenditur plena fuisse sapientia quod apparet in duobus. Primo in eo ꝙ a societate peccatorum recessit. quia a finibus illis egressa est in q̃bus scilicet peccatores habitabant a quibus recedere magna sapiẽtia est. Job.xxviij. Timere deum ipsũ est sapientia.⁊ recedere a malo intelligentia.sicut enim scabies sic ⁊ praui mores peccatores inficiũt. Psal. Cum electo electus eris.cum peruerso puer. Et Ysai.lij. Exite de medio eius popule meus.⁊ ne participes sitis coinquinationis. Perditur etiam fama in contubernio peccatorum que res valde cara est. Prouẽ. xij. Melius est nomen bonum ꝙ̃ diuitie multe. Mala ergo societas trahit hominem ad malum ⁊ bona ad bonum.j. Corinth.vij. Sãctificatus est vir infidelis per mulierem fidelem ⁊ sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem. Et attende ꝙ di.a finibus illis egressa. Non enim homo debet solum exire a peccatoribus ⁊ peccatis sed a finibus id est a circũstantijs peccatorum .quia non solum homo debet vitare fornicationem ⁊ mulierẽ fornicariam.sed omnes fines ⁊ omnes circũstantias ⁊ inductiua ad fornicationem.vt delicate comedere ⁊ bene bibere. ⁊ ociari ⁊ bene indui.⁊ ad spectacula ⁊ choreas ire.⁊ mulieres videre ⁊ cum eis colloq̃ ⁊ manere. Et similiter est in omnibus peccatis alqs faciendum. ¶ Secundo eius sapientia apparet in eo ꝙ sapienter allegauit.quia ex parte sui allegauit miseriam.vnde ait. Miserere mei. qꝫ suz miseria magna plena.⁊ ideo miseria mea innocat misericordiam tuam. Psal. Abyss9 abyssum innocat.id est abyssus miserie mee: innocat abyssum misericordie tue. Ex parte filie allegauit vexationem pessimam.qꝫ male a demonio vexabat᷑. Ex pte xp̄i allegat potẽtiã.qꝫ dñe.⁊ clementiã.qꝫ fili dauid.q.d. Tibi subest cũ volueris.qꝫ dñs vniuersoꝝ tu es ꝫ potẽtia ẽ frustra q̃ ꝑ opus ñ maĩfestat᷑. sic potẽtia visiua in oculo.nisi videat.⁊ potentia gressiua i pedib9 nisi ambulet. Ecc.xx. Sapientia abscõdita ⁊ the.inui.q̃ vti.i vtrisqꝫ. Ergo maĩfestet᷑ potẽtia tua in expellẽdo demonia a filia mea. Sicut expulisti eũ de celo. ita expellas eum de mundo.nõ ꝑmittas eũ vexare filiam meam.creaturaz tuaz. Et hoc ꝑfecto facere debes.quia ex origine carnis quã assumpsisti tibi misericordia est innata. quia ꝫm carnem assumptam filius es dauid. q fuit clementissimus ⁊ misericordissimus.j. Corinth.ij. Dauid in sua misericordia consecutus est sedem regni in secula. Operare ergo ꝫm naturam tuam cuius proprium est misereri. Igitur misericordia tua expellat miseriam meam.vt liberetur filia mea.quia ipsa patiente ego patior.

E ¶ Ubi nota matres plus diligunt filios ꝙ̃ patres triplici ratõne Primo qꝫ magis sunt certe ꝙ sunt filij sui. Secundo quia magis laborãt in eoꝝ generatione ⁊ nutritione. Tercio qꝫ statim natos secum tenent ⁊ nutriunt. Sicut ⁊ ꝯsanguineos cum quibus ꝯseruati sumus.magis diligimus. qꝫ amicicie sociali cõiungit᷑ amicicia natural᷑. Et ħ totũ redit ad ħ ꝙ mr̄ pl9 po t ibi de suo ꝙ̃ pr̄. Sꝫ pl9 de eo qđ ꝑtiet ad sbstantiã filij poit᷑ a pr̄e.qꝫ pr̄ dat formã ⁊ mat᷑ materiã. Et iõ filius naturalr̄ pl9 diligit pr̄ez ⁊ ꝯsanguineos ex pte pr̄is ꝙ̃ mr̄ez ⁊ ꝯsãguineos eius. ¶ Secũdo ondit᷑ fuisse fide illũiata. Ubi nota ꝙ fides chananee fuit vera.viua. ⁊ approbata. Uera fuit.qꝫ xp̄i diuinitatẽ et humanitatez plenarie ẽ ꝯfessa i q̃b9 tõ fides ꝯsistit. Dũ ei dixit dñe.ꝯfessa ẽ deitatẽ.dum ꝯo subdit fili dauid.ꝯfessa est humanitatez Uiua fuit.quia ipsam per bona manifestauit.quia vt dicitur Jaco.ij. Fides sine operibus mor.ẽ. Approbata fuit.qꝫ in obprobrijs ⁊ aduersis semper firma stetit. Et ideo pro filia miraculum impetrauit.quia fidei miracula attribuuntur. Math.xvij. Si habueritis fidem sicut granum sinapis ⁊ dicet᷑ huic mõti transi hinc ⁊ transibit. ⁊ nihil impossibile erit vobis. Quidam habent fidez sicut flos qui statim ad tactum euanescit. Tercio ostẽditur spe subnixa . quia non confugit ad fal-

sa ꝑsidia. sed in xp̄o vero medico posuit spez
suā. Nā vt dicit Orige. Nō iuit ad magos
nō adduxit diuinos. nō iuit ad mulieres ipo
statrices. nō quesiuit inanes ligaturas. s; oēs
reliquit dyaboli cultus ⁊ venit ad dn̄m ihesū
oīm saluatorē. sicut filia dei benedicta. Hie.
xvij. Maledict⁹ vir qui ꝯfidit in hoīe. ⁊ po.
car. b s. Bn̄dictus vir q̄ cōfidit in dn̄o ⁊ erit
dn̄s fiducia ei⁹. Quia saul ꝯsuluit phitonis-
sam interfect⁹ ē in bello ⁊ audiuit mortē suā.
⁊ filioꝝ suoꝝ. j. Reg. vlti. Hic cadit exēpluz
qd̄ beatus Grego. in dyalogo recitat d illa
dn̄a q̄ iuit ad dedicatōnem eccl̄ie scī sebasti
ani ⁊ tetigit reliq̄as eius. cū nocte fuiss; pol-
luta a viro suo q̄ dū reliquias tāgēt inuasa est
a dyabolo. quā ꝑntes eius duxerūt ad flumē
vt s̄m ꝯsiliū diuinoꝝ in aqua aliquotiens la-
uaret̄. Et dū hoc agerēt intrauit ī eā demo-
nū legio. ¶ Q̄rto fuit pietate ⁊ ꝯpassiōe dif
fusa. q2 filie demoniace mirabilr̄ ꝯpassa est ⁊
eius miseriā propriaz reputauit. Ubi nō q̄
oīs pctōr in mortali exn̄s pctō h; demoniuz
in mēte ⁊ in ventre. S; in h̄ ē dr̄a. Quia ali
qn̄ vexat hoīem solū in aīa. Aliqn̄ ī aīma ⁊ in
corpe. sicut a deo ei ꝑmittit̄. Libent̄ eīm strā
gularet eū si deus vellet. Sic ista erat ī aīa et
in corpe vexata. S; attēde qd̄ d. Aug. Pie
tas inquit mūdi ē solum circa corp⁹ ⁊ de aīa
nihil curat. Morit̄ eīm hō s̄m corpus ⁊ ami-
ci ꝯueniūt plorāt ⁊ nō recedūt a corpe donec
illud tradant honorifice sepulture. Morit̄ in
aīa ⁊ nullus plorat. null⁹ dolet. Bern̄. Cadit
asin⁹. ⁊ h; subleuātē se cadit hō ī peccatuz et
n̄ ē qui subleuet. Venit lup⁹ ⁊ asportat ouē. et
oēs clamāt ⁊ oēs succurrunt. portat lu-
pus infernalis animā hoīs ad infernū ⁊ nul-
lus reclamat. Sed ista sua solicitudine ⁊ orō
ne salutē aīe ⁊ corp⁹ sue filie ꝓcurauit. Sic
fuit solicita mr̄ scī aug. ⁊ ipm̄ reuocauit ad
vitā. Sic deberēt eē soliciti ꝑentes ad filios
⁊ ipsos reuocare ad vitā. Prouerb. vj. Festi
na. discurre. suscita amicū tuuz. S; heu ho-
die q2 ꝑentes trāsmittunt filios ad mortem.
Propter qd̄ xp̄us ait. Inimici hoīs dome-
stici eius. Math. xj. ¶ Quīto fuit hūilitate
abiecta. c⁹ hūilitas in q̄tuor apparet. q2 n̄ ca-
nē q aliq̄d valz s; catellū se dixit ⁊ indignam
pāe se ꝓfessa ē. q2 n̄ panē s; micas cadētes pe
tiuit. ⁊ filios dei suos dn̄os noīauit. Et q2 se
sic hūiliauit. iō exaudita fuit. Jaco. iiij. De⁹
supbis resistit. hu. aūt dat gratiā. ps. Respe
xit in orōnē hu. ⁊ n. spre. p̄. eoꝝ. Jō fuit pu-
blicanus exauditus ⁊ phariseus dānat⁹. q2
ille hūilr̄. ⁊ ille supbe orauit. Similr̄ fili⁹ ꝓ
digus postq̄z se hūiliauit ⁊ dixit se nō eē di-
gnū filiū. sed mercenariū nominari. statī a pa
tre ad filioꝝ grām ē receptus. ⁊ iussit honori
ficū ꝯuiuiū ꝑpari. vt p3 Lu. xv. Gen̄. xviij.
Loquar ad dn̄m meū cū sim cinis ⁊ puluis.
id ē cū me cinerē ⁊ puluerē recognosco. tūc ī
orōne ad deū loquar. aliter ei orare nihil v;.
ē. ¶ Sexto fuit patiētia roborata F
Quatuor enim magnas cōtumelias a xp̄o
patienter sustinuit q̄s xp̄s ei intulit vt e⁹ pa-
tientiā declararet. Pria fuit in hoc q̄ xp̄us
nihil ei r̄ndit ac si excōīcata esset. Secun-
da q2 dixit eā nō esse ex oīb; dei. ⁊ per cōse-
quens ex oīb; dyaboli. Luc. xj. Qui nō est
mecū aduersus me ē. ⁊ qui nō colligit mecuz
dispergit. Tercia quia canem eā appellauit.
Quarta q2 dixit eā nō esse dignā pāe vesci.
Certe pauci inueniunt̄ quib; si quis tāq̄z ex
coīcatis loqui r̄cusaret. insuper oues dyabo
li eos appellaret. ac etiā canes vocaret. necnō
indignos pane vesci assereret qn̄ magna im-
patientia mouerent̄. S; ista ꝑata sp ⁊ n̄ tur
bata: patienter hec oīa tolerauit. Et q2 pati
entia opus ꝑfectū h;. vt dī Jaco. v. iō ꝑfecte
obtinuit qd̄ petiuit. Math. xviij. Patiētiā
habe in me ⁊ oīa reddaz tibi. ¶ Septīo fuit
ꝑseuerantia coronata. q2 ꝑseuerauit pulsās
donec obtinuit qd̄ petiuit. Lu. xj. si perseue-
rauerit pulsans dabit ei quotq̄t h; necessari-
os. Quia d. Bern̄. Q2 inter ꝟtutes sola ꝑse
uerantia singularis filia est regis summi. ⁊ iō
ipsa sola coronari meret̄. Math. x. Qui ꝑse
uerauerit vsq̄z in fi. h̄ sal. e. Jn c⁹ figura man
datū ē in lege. Leuit. iij. q̄ sp cauda anima-
lis d; in sacrificiū offerri. vn̄ Apoc. j. Cor. ix
Multi quidē cur. s; v. ac. b. ille. s. q̄ fortius ⁊ ꝑ
seuerant̄ currit. Alij aūt aristā cepaꝝ capiūt.
¶ Octauo fuit reuerētia venustata. q2 ado-
rabāt eū. ⁊ iō grāz meruit obtinē. Eccl̄. xxxij.
Pro reuerētia accedet tibi grā bona. Mul-
ti stant erecti in eccl̄ia ⁊ dedignant̄ se inclina-
re ad terrā ⁊ maiorē reuerētiā exhibent homi
nib; q̄z deo. ⁊ iō nihil obtinent. Non sic fece-
runt magi. s; ꝓcidentes adorauerunt. Mat.
ij. Et nota hic de tribus quinquagenarijs. q̄
rum duo ab igne ꝯsumpti sunt qui irreuerē-
ter locuti sunt helye. tercius xo euasit. q2 re-
uerenter ⁊ humiliter est locutus. Histo. hr̄

iiij. Reg. j. Unde non solum deo sed etiã seruis dei est magna reuerentia exhibenda. vt Greg. di. vt patet de alexandro qui totũ mũdum vilipendebat. r ges r principes suppeditabat. r tamen veniens hierl'm summuz sacerdotem veneratus est. vt dicit magister in historijs. ¶ Nono fuit discretõne precipua quia decentia r bona petiuit scz vt sibi misereatur r filie vtriqz gratiam salutis impendẽdo. Multi indecenter r male petũt. r iõ ñ accipiunt. Jaco. iiij. Petitis r non accipitis eo q̃ male petatis. Multi petunt solũ mũdana bona. que si petantur ad sustentationem vite peti debent Math. vj. Panem nostrum quotidianum da no. ho. Prouerb. xxx. Mẽdicitatem r di. ne de. m. sed tm̃ vic. m. ter. ne. Unde hec chananea petiuit solum micas. Et ideo Aug. di. Si tempalia a deo querit cum modo querite. s. si prosint det. si obsint ñ det. Et illi ꝯmittite. quia r quid prosit r quid obsit non nouit egrotus sed medicus. Multi quod pei⁹ ẽ petunt mala scilicet vindictas inimicorum r mortem qui non exaudiuntur. quia nescit iustitia dei patrocinari criminib⁹. vt dicit Crisosto. Exemplũ de salomone q̃ a deo fuit exauditus. quia nõ petiuit temporalia. neqz vindictam siue stragem inimicoꝝ. sed ad regendum populũ dei sapientiam postulauit. vt patet. iij. Reg. iij. sic r ista. q2 decẽtia petijt exaudita fuit ¶ Decimo fuit transmutata feliciter. quia de cane facta ẽ ouis xp̄i r ideo panem filiorum habuit que prius nõ merebatur micas. Et hoc innuit Math. dũ d. chananeã eã fuisse: quod interpretat' commutata. Et marc⁹ d. eaz syrophenissam genere. quod interpretat' alte ꝯuersa. Ueraciter enim fuit commutata r alte conuersa dũ de canib⁹ ad filioꝝ grãm est trãslata. Ps. lxxvj. Hec mutatio dextre excelsi. Ecõtra no autem peccatores infeliciter transmutantur quia de gratia filioꝝ ad seruitutẽ dyaboli redigũtur et de hominibus in bestias trãsmutantur. Psal. Hõ cũ i ho. es. nõ intel. ꝯpa. ẽ iu. i. et si. fa. ẽ illis. Et sic patz secũdũ. ¶ Tercio ponitur xp̄i resistẽtia siue d[illegible] icies mistenio plena. q2 nõ respondit ei verbum Berñ. Quid ẽ hoc dñe iesu xp̄e q̃ nõ respondes ei. certe hoc mysterio vl' figũa nõ caret. Tu eñ venisti de celo in terraz r in ptes tyri r sydonis secessisti. i. angustias r miserias hũane nature assumpsisti. sic eñ tyr⁹ r sydon interpretat'. vt oĩm misereris. Tu liberasti adulteram fortiter accusatã Joh. viij. Et magdalenam excusasti: r ab ea septem demonia expulisti Lu. viij. Tu sanasti languidum non petentem. qui xxxviij. annos in infirmitate habebat r preuenisti eum di. Uis san⁹ fieri. Jo. v. Tu conuertisti paulum te persequentem Actu. ix. Tu illuminasti longinum cor tuum lancea perforantẽ. vt d2 in historijs. Tu mãdasti dis. tuis. di. Euntes discite quid est misericordiã volo r non sacrificium Math. ix. Tu constituisti matrem tuam reginam misericordie. vt de misericordia sua recipiant vniuersi. vt di. Berñ. Et quid plura. Tua misericordia plenum est celum r terra. Cur ergo non loqueris chananee nec eam exaudis taz sapienter pie fideliter r deuote pro misericordia supplicantem. Dicendum est ergo q̃ h propter quatuor fecit. h ¶ Primo propter commendationem doni. Quia sicut dicit aug. si aliquando non statim dat deus qđ petitur. dona commendat non negat. q2 dona que cito dantur vilescũt. dilata ꝯo r diu desiderata dulcius obtinentur. Unde in iure canonico ꝓhibetur ne sponse statim potestati mancipentur viroꝝ ne maritus vilẽ habeat datã quã non suspirauit dilatã. ¶ Secundo propter accensionem animi. Fecit eñ deus sicut faber: qui supra carbones ardentes aquam ꝓijcit vt magis r fortius ignitant Sic dñs nõ statim exaudire eã curauit vt in dilatõe eam fortius exardesceret r inflamaret. Quia vt di. Greg. desideria dilata crescunt. si autez dilatione deficiũt desideria vera nõ fuerunt. ¶ Tercio ꝓpter manifestationem boni. vt. s. eius ꝟtus r bonitas manifestaretur. que hodie in vniuerso mundo narratur. Math. xxvj. Amen dico vobis vbicũqz predicatũ fuerit euãgelium h in vniuerso mundo dicet'. r q̃ hec fecit in memoriã eius. Si eñ dñs statim exaudisset eã. tot ei⁹ ꝟtutes hodie nõ clarescerent mundo. Propter qđ dictuz est abrahe vt filiũ imolaret vt ei⁹ timor r obedientia nota fierent. Genes. xxij. Nũc ꝯgnoui q̃ timeas dominuz. i. cognoscere feci. Unde Criso. Propterea sic xp̄s exasperauit eaz r distulit exaudire. quia sciebat eam sic respondere r sic perseuerare r patientem fore. ¶ Quarto propter exhibitionem exempli. vt scilicet nos exemplo huius facti in precibz instantia persistam⁹. r ꝑseuerãtes

aures diuine misericordie ꝓpulsem⁹ ⁊ cred a
mus firmit ꝙ si de⁹ nō statim exaudit ꝓpter
meli⁹ facit qđ ipse bñ ꝯgnoscit. q̄uis penit⁹
ignorem⁹. Et sic ptȝ terciuȝ. Q̄rto ponit
collegiū aploꝝ depcatō affectuosa q: accesse
runt discipuli ei⁹ di. Dñe dimitte eā .s. eā ex
audiēdo. q: clamat p⁹ nos .i. clamorib⁹ nos ī-
festat. Qđ valde ef flagitare debem⁹ vt scti
⁊ apli ꝓ nob ad dñm intercedāt. q: eis xp̄s
iurauit di. Amen amen di. vo. si qđ pe. pa. in
no. me. da. vobis Jo. xvj. Circa qđ sciēdum
ꝙ q̄uis de⁹ oīa pdestinauit ab etno. nec pci
b⁹ ab eo qđ disposuit aliq̄ten⁹ remoueri pos
sit. iuxta illđ Malach. iij. ego dñs ⁊ nō mu
tor. tñ disposuit ⁊ ordinauit vt scti ꝓ se ⁊ ꝓ
alijs pcib⁹ obtineāt qđ de⁹ añ secula dispo
suit eis dare. vt d. Greg. Et hoc apte ī dya
alogo ꝓbat. Et ponit exēplū de ysaac. de q̄
deus dixit abrahe. vt di. aplus ad Rō. ix. et
habet Geñ. xxj. ca. In ysaac vocabit tibi se
men. Et tñ scriptū ē Geñ. xxv. Depcat⁹ est
ysaac dñm ꝓ rebecca vxore sua. eo ꝙ sterilis
eēt. Qui exaudiuit eū ⁊ dedit ꝯceptū rebec
ce. Si ergo de⁹ disposuerat mltiplicaē semē
abrahe p ysaac cur accepit vxorē sterilē. Et
si de⁹ disposuerat ꝙ eēt steril cur depcatus
ē ꝓ ea vt ꝯcipet. Certe q: ita ordinatū ē. vt il
lud qđ de⁹ ante secula electis suis disposuit
dare pcib⁹ sctoꝝ obtineat. Propterea dr
Job. v. Uoca si ē q̄ te audiat. ⁊ ad aliquē sā
ctoꝝ conuertē. Rogare ergo debem⁹ aplos
⁊ alios sctos in omni necessitate nr̄a. q: ipi st
aduocati nr̄i ⁊ medij int nos ⁊ deū p q̄s de⁹
ordiauit oīa nobis largiri. Lu. xxij. Ego di
spono vo. si. di. m. pa. m. re. i. sic deus pr dedit
mihi regnū ⁊ oīa ī man⁹ ita ⁊ ego ꝯcedo vo
bis. Deide cū d. Nō suȝ missus nisi ad o. ⁊c.
ponit ad discipulos ⁊ ad chananeā xp̄i rñ
sio seriosa. ⁊ pmo xp̄s ad discipulos dicen
tes. dimitte eā. rñdit di. Nō sum missus .s. a
deo patre nisi ad o. q̄ pi. do. israhel. Ubi no
ta ꝙ de⁹ ꝓmisit ⁊ iurauit abrahe ꝙ de semīe
eius filius dei carnē assumptur⁹ erat. Luc. j.
Iusiurandum qđ iu. ad abra. pa. no. d. s. no.
Unde filijs israhel fuit ꝓmissus. ⁊ de ꝓge
nie eoꝝ natus. ⁊ pncipalr ad eos saluandos
venit. q̄ pierāt ⁊ quotidie piebāt. q: et ante
cessores eoꝝ ⁊ ipi ad infernū quotidie descē
debant. Sed secūdario venit ad oēs gentes
saluādas. Geñ. xxij. In semine tuo benedi.
oēs gētes. Et hoc ē qđ di. Nō suȝ missus
a deo principaliter nisi ad oues que perierūt
⁊ pereūt omni die de domo ⁊ ꝓgenie israhel
Sed ex ꝯsequenti ⁊ secundario ad oēs gen
tes saluandas sum missus. j. Thimo. ij. Qui
vult oēs ho. sal. fi. Nota ꝙ p oues nō debēt
intelligi angeli mali vt heretici dicūt. q: non
st oues s; lupi rapaces q̄s xp̄s venit dispergē
⁊ nō colligere. Matth. j. Quid nobis ⁊ tibi
ihesu nazarene venisti āte tp̄s pdē nos. Se
cundo xp̄s respōdit chananee. Nā ipa ꝑse
uerās in petitōe venit ⁊ adorauit eū di. Do
mine adiuua me. Cui xp̄s rñdit di. Nō ē bo.
su. pa. fi. ⁊ mit. ca. i. vtutes ⁊ grē ⁊ bona spūa
lia sunt iustoꝝ ⁊ debēt dari iustis cuȝ ipi sint
filij dei. ⁊ p ꝯsequēs heredes oim bonoꝝ. nō
debent dari pctorib⁹ cū ipi nō sint filij dei s;
canes filios mordētes ⁊ lacerātes. q: si filios
defenderent decēs esset ꝙ ipi de pane come
derent. Et attēde ꝙ cuȝ ipa alonge clamarȝ
xp̄s nō respōdit ei verbū. Sȝ dū appropin
quauit ⁊ adorauit: rñdit ei xp̄s. Quia dum
pctor alonge clamat petēs misericordiā ⁊ nō
appropīquat p verā ꝯfessiōeȝ ⁊ satisfactōem
de⁹ ei vbū salutis nō rñdet. s; dū p verā ꝯtri
tionē. ꝯfessionē ⁊ satisfactōeȝ appropinquat.
tunc deus verbū salutis ⁊ pacis rñdet ei. di
cit q̄. Nō ē bo. su. pa. fil. ⁊ mit. ca. Ubi mani
feste apparet ꝙ canes hic peccatores signāt.
qui vere sunt canes. ⁊ peiores q̄ȝ canes. quia
canis solū hȝ miseriā ad malum pene. pecca
tor autē hȝ miseriam culpe ⁊ pene. Canis ē
solū obnoxi⁹ morte tpali seu corpali. s; pecca
tor morte corpali ⁊ etna pīter obligat. Ma
gna ē ergo vilitas ⁊ miseria pctoris q de dei
filio fit caīs ⁊ in morte tāq̄ȝ canis ad foueas
inferni sepeliēdus ꝓijcit ī tormentis. Lu. xvj
Mortuus ē diues ⁊ sepultus est in inferno.
Compat autem peccator cani ꝓpter quatu
or. Pmo ꝓpter impudentiam. quia
canis corā quocūq̄ȝ facit turpitudinē suam.
Sic peccator coram deo ⁊ tota curia celi nō
erubescit peccare. Hiere. iij. Frons meretri
cis facta est tibi noluisti erubescere. Sed cer
te erubescē deberet vt probe ageret. Boe.
Magna vobis si dissilare nō vultis est indi
cta necessitas ꝓbitatis cū ante oculos agitis
iudicis cuncta cernentis. Secundo pro
pter insaturabilitatem. Insaturabilis est eīm
animus peccatoris ⁊ omnium bonoꝝ patit
famem sicut canis. Unde filius prodigus q̄
gerit peccatoris figuram. d. Lu. xv. Quanti

Estote factores verbi et non auditores tantũ. Jacobi.j. Quia non audire sed facere facit hominem beatum.iuxta illud Johannis.xiij. Beati eritis si feceritis ea.7 in obſuãtia verbi dei vera religio consistit.ideo vt beati simus.beatus Jacobus in epistola hodierna tria facit. Primo ad obseruantiam legis diuine nos inuitat. In principio epistole. Secundo vanum religiosum demonstrat ibi. Si quis putat se religiosum esse. Tercio ostenditur in quo religio vera consistit ibi. Religio munda et immaculata hec est. A ¶ Circa primum nota ꝙ tripharie homines diuiduntur circa verbum et legem dei. Quidam audiunt et non faciunt.et isti sunt mali. quia sunt acriter verberandi. Luce.xij. Ser.sciens volun.do.sui et non fa.ꝛc. Quidam nec audiũt nec faciunt.et isti sunt pessimi quia contemnunt et audire et facere. Et quodlibet potest esse mortale peccatuꝫ.quia ꝗuis aliqua ignorantia excuset ẜm illud.j. Thimothei.j. Ideo misericordiam consecutus sum. quia ignorãs.fe.in incredulitate.tamen ignorantia crassa et supina nõ excusat.immo de se potest esse peccatum mortale cum separet a regno.j. Corinthiorũ.xiiij. Qui ignorat ignorabitur. Quidam audiunt et faciunt.et isti sunt beati. Luce.x. Beati qui audiunt verbum dei et custodiunt illud. Ad hoc tercium genus hominũ beatus Jacobus nos inducit dicens. Estote factores verbi et non auditores tantũ. Hoc verbum vt Augustinus dicit est ille aduersarius noster.de quo dicitur Mathei.v. Esto consentiens aduersario tuo cito. Hoc verbum debemus facere vt hic dicit Jacobus et ad hoc allegat duo. Primum est malum quod homo inde incurrit si hoc ñ facit. Secundum est bonum quod inde consequitur si hoc facit ibi. Qui autem perspexerit in lege libertatis perfecte. ¶ Malum quod homo incurrit si audit verbum dei et non facit ẽ duplex. Primo quia fallit seipsum. Secũdo qꝛ est alqs in exemplum derisionis.et ideo comparatur viro consideranti maculas suas ĩ speculo et eas non tergenti. Fallit autem seipsũ propter quatuor. ¶ Primo quia ostendit ꝙ perfectio spiritualis consistit solum in audiendo bonum quod est falsum. Romanos.ij. Non enim auditores legis iusti sunt apud deum sed factores legis iustificabũtur. Apocalipsis. Sicut fecit facite illi.et non dixit sicut docuit vel audiuit. Quia si predicare verbum dei et docere impios.aut etiam miracula facere.aut virtutes ostendẽ in nomine christi non facit hominem iustum. multomiꝰ audire.sed hec non faciunt hominem deo acceptum. Mathei.vij. Domine nonne in nomine tuo prophetauimus.et demonia eiecimus et virtutes multas fecimus.7 dicet illis: Amẽ dico vobis nescio vos. ¶ Secundo qꝛ ostendit ꝙ sicut homo perficitur in scientia per auditum sic perficitur in bonitate per auditum quod est falsum. Nam magno tempore audiendo efficiũtur aliqui magni iudices.et magni medici.sed magno tempore audiendo nõ fit homo bonus et perfectus. Hebrees.vij. Nihil ad perfectuꝫ adduxit lex. Unde abraham non audiendo legem iustificatus ẽ apud deum.vt dicit apostolus ad Romanos.iiij. Et israhel audiendo legem et voces prophetarum que per omne sabbatum leguntur ĩ lege iustitis non peruenit ad eosdem. ¶ Tercio quia ostendit ꝙ sicut per legem est cognitio peccati.ita per legẽ vitetur peccatũ.quod est falsum.quia lex solum ostendit vulnus sed nõ sanat. Roma.iij. Per legem eñi cognitio peccati. Nam concupiscentiã nesciebam eẽ peccatum nisi lex diceret.nõ cõcupiscas. Ro.vij. In cuius figuram sacerdos et leuita viso sauciato pertransierunt. Luce.x. Quia lex non sanat que per sacerdotem et leuitam intelligitur.sed solum ostendit. Item non solum lex ñ adiuuat vitare peccatũ.immo incitat ad peccatum. Roma.vij. Peccatum eñi occasione accepta per mandatum. operatum est in me omnem concupiscentiam qua nitimur in vetitum et non solum lex non iuuat sed occidit. ij. Corinthi.iij. Litera occidit spiritꝰ aũt viuificat. Ubi dicit Augustinus.ꝙ per literã intelligitur omnis scriptura extra homines existens.etiã moralium preceptoꝝ qualia ĩ euãgelio continentur.vbi etiam litera euangelij occideret nisi esset interius gratia saluans. Quarto quia ostendit ꝙ fides que per auditum causatur.auditus aũt ꝑ verbũ dei.vt dicit apostolus Roma.x.sufficiat ad salutẽ.qḋ falsum est. Quia vt dicit Jacobi.v. Fides sine opibꝫ mortua ẽ.nam demões credũt et cõtremiscũt. Et ido ꝓpter hec quatuor talis fallit seipm̃. ¶ Item est alqs in exemplum deri-

sionis. Valde ei esset deridēdus qui tota die teneret speculū in manu et nō lauaret scenum qđ haberet in facie. sic est ille. qui tota die audit verbū dei. ⁊ maculas peccatoꝝ nō abstergit. Et hoc est quod dicit. Hic compat viro cōsiderāti vultū natiuitatis sue ī speculo. Fm glosam vultus natiuitatis nostre est macula corporis ⁊ anime. in qua cōcepti sumus et nati. Sicut ergo qui cōsiderat in speculo ratōis vilitatē natiuitatis sue. et maculas peccatoꝝ quibꝫ corā deo et homibꝫ et sanctis fetet. ⁊ nō humiliatur ex hoc. nec curat abstergere. sed ī obliuionem p̄dictoꝝ vadit. sic et ille qui tota die audit verbū dei et nō facit. Et ideo ꝓpe dicit. ꝙ talis comparat viro speculāti se ⁊ nō mlieri. vir ei respicit se ī speclo ex quadā virositate. et si videt se nigrū nō curat se dealbare et si videt se pallidum non curat se rubricare. Sed mulier cum magna diligentia se aspicit et speculatur. et si se videt nigraꝫ procurat se dealbare. et si videt se pallidaꝫ procurat se facere rubeam. Et cum vnguentis et diuersis loturis facit violēter se pulcram. Et omnes maculas a se abstergit. Sic debent facere qui audiunt verbum dei. Bonum ꝯo qđ homo consequitur si audit verbum dei et facit ē quia in tali facto beatificatur. hic per gratiaꝫ et in futuro per gloriam. Et hoc est quod dic Qui aūt ꝓspexerit in lege ꝑfecte libertatis tā ꝗ̄ in speculo. Gre. Specula dei sunt p̄cepta dei in qbꝫ scē aīe se semp aspiciūt. et si q̄ ī eis sunt feditates aspiciūt. Unde mandatū est ī lege ꝙ sacerdotes sacrificaturi in lege seu ī tēplo haberent specula affixa vbi lauabant ad videndū et abstergendū maculas suas. Exo. xxxviij. Fecit labrū eneū cum basi sua de speculis mulierū Qui ergo sic perspexerit ad videndum et ad tergenduꝫ maculas beatus in facto suo erit. i. ex facto et opere suo beatificabitur. mediante sup. gratia dei. Quia vt dicit apłus. Gr̄a dei vita eterna. Ro. vj. Nota hic de tigride qūo propter imagines speculorum ꝓiectoꝝ ī via quas respicit perdit filios suos. Sic multi n̄ aspiciūt cū efficacia in speculo legis dei. sed totus aspectus eoꝝ est ad ista bona mūdi. in quibꝫ aliqua imago veri boni relucet. qꝛ oīe bonū cōtinet in vero bono vt dicit Boetius. ⁊ in istis tantū aspiciūt ꝙ filij eorum. i. aīme deportant a dyabolo in infernuꝫ ¶ Iteꝫ nota ꝙ dicit in lege ꝑfecte libertatis Reuera ꝑfecta libertas nō est nisi in amando et obseruādo legem dei. Joh. viij. Si manseritis in sermone meo. veri discipuli mei eritis et cognoscetis veritatem et veritas liberabit vos. Et hoc ꝓpter quatuor. Primo. quia vt dicit philosophus. liber est q̄ cā sui ē. Qui aūt obseruat legē dei omnia que facit sunt ad suam vtilitatem. Ro. viij. Diligentibus deuꝫ omnia cooperantur in bonum. ¶ Secundo quia qui obseruat legem dei liberatur ab omni lege. j. Thi. j. Justo nō ē lex imposita ꝫ patricidis et matricidis et ceteris talibꝫ. Augu. in regula. Non sicut serui sub lege. sed sicut liberi sub gratia constituti. Tercio qꝛ seruās legeꝫ liberatur a seruitute peccati. que est pessima seruitus a qua quicunqꝫ liberat vere est liber. Ro. viij. Lex spiritus vite liberauit me a lege peccati. Joh. viij. Si filius vos liberauerit veri liberi eritis. Et qcunqꝫ ab ea tenet totaliter est seruus qꝛ omne peccatum a quo quis tenetur turpiter dominat ei. et quot peccata tot domini. Hiere. vj. Seruietis dijs q̄ non dabunt vobis requiē. Dij peccatoꝝ sūt peccata. Phi. iij. Quoꝝ deꝰ vēter ē ¶ Quarto. qꝛ qui seruat legem liberat a seruitute hominū. nam trāsfert in cōditōem filij. qꝛ seruit ex amore. Ro. xiij. Nemini quicꝗ̄ deb. nisi vt iuicē dili. Hec ē ei dr̄a inter s̄uūet filiū. qꝛ filiꝰ ex amoē: s̄uꝰ aūt ex tiore seruit. Si aūt trāsit in cōdicōem filij fit liber vt filiꝰ. Gal. iiij. Itaꝗ̄ iam nō est seruus sed filius. ꝙ si filijs ⁊ heres ꝑ deum. Prouer. xvij. Seruus sapiēs dominabitur filijs stultis et inter fratres hereditatem diuidet. Et sic patet primum. B ¶ Secundo vanum religiosum demonstrat dicens. Si quis putat se religiosū esse ⁊c. Ubi nota ꝙ vanum vt dicit phus est qđ nō includit finem ad quem est. Religiosus autem dicitur homo religatus et restrictus in operibꝫ. Et ideo quicunqꝫ ē sub aliqua regula pt̄ dici religiosꝰ. Uñ oēs xp̄iani dicūt religiosi. qꝛ sub regula euangelij religant et mlta eis n̄ licēt q̄ alijs licēt. Et ob hoc christianitas christiana religio vocatur. Quia ꝯo clerici magis religantur. idō magis sunt religiosi. ꝗ̄ cōmunes christiani. Sed quia monachi ⁊ eorum sequaces maxime religantur. ideo per excellentiam vocantur religiosi. Loquitur aūt hic beatus Jacobus omibus quocunqꝫ modo religatis qui largo modo religiosi vocantur. Omnis autem christianus ad hoc religatur sub regula euangelij. vt habeat hic gratiam dei. et in

futuro gloriam.effugiatq3 penā eternā. Qui ergo non refrenat et ligat linguam suam inanum se religauit sub regula euangelij.q2 non consequetur vitam gratie et glorie.nec effugiet penam eternam et per consequens non cōsequetur finem propter quem se religauit. q2 hunc finē habet lingua dare et auferre. Prouerbiorum.xviij. Mors 7 vita in manibus lingue. In eodem.xij. De fructu oris sui vnusq̄sq3 replebitur bonis.ysaie.xxxij. Erit cultus iusticie silentium. Jacobi.iij. Uniuersitas iniquitatis sup.est lingua. Ubi dicit glos.ꝙ fere omnia peccata procedunt ex lingua.quia aut imperantur per linguam. aut persuadentur. aut directe committuntur per linguam. aut defenduntur. Sedecim eniz maxima et generalia peccata procedunt ex lingua. scilicz blasphemia murmuratio. defensio peccati.periurium.mendacium.detractio.adulatio.maledictio.conuicium.contentio.prauum consilium.disseminarium discordie.peccatum bilinguium.indiscreta comminatio.multiloquiuz et turpiloquium. Ergo lingua custodita.anima custoditur.et nō custodita anima perdit᷑. Jaco.iij. Si quis in verbo non offendit hic perfectus est vir. Propter quod petijt dauid di. Pone domine custodiam ori meo et ostium circumstantie labijs meis. Et sic patz ꝙ de essentia christiane religiōis est custodia oris. Prouerbiorum.xv. Sicut vrbs patēs et absq3 murorum ambitu sic vir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suuz. Exemplum. Cum quacunq3 custodia custodiatur castrum.si solum vna porta vel vna fenestra dimittatur aperta inuanum custoditur. Similiter q̄ntumcunq3 ligetur veges et reparetur si modicus pertusus dimittatur apertus inuanum religatus est. Sic est in proposito quia quantumcunq3 homo religet sens᷒ suos et claudat ac etiam omnes actus 7 impetus suos refrenet.si dimittit habenas lingue inuanum omnia facit. Jacobi.ij. Si quis totam legem obseruat.offendat autem in vno factus est omnium reus. Et maxime ad religiosos pertinet custodire linguam. Quia vt dicit apostolus.j. Corinthiorū.iiij. Spectaculum facti sumus mundo et angelis et hominibus. Omnes attendunt ad verba nostra.7 ideo oportet. ꝙ valde simus circumcisi ī lingua. Hieremie.iiij. Circumcidimini domino viri iuda. Col.iiij. Sermo vester semꝑ in gratia sale sit condit᷒.vt sciatis quomodo oporteat vos vnicuiq3 respondere. Hic capis exēplum illarum heremitarum de quibus dicit Gregorius in dyalogo. ꝙ nimis molestabāt seruum suum quibus beatus benedictus mādauit nisi correxeritis linguam vestram excōmunico vos.que post mortem sepulte sunt in ecclesia.et cum ex more dyaconus clamaret qui non communicat det locum.nutrix earum videbat eas exire de sepulcris. Item aliud exemplum de illa sanctimoniali que carnis continentiam habuit sed lingue procacitatem non declinauit.et factum est vt mortua sepeliretur in ecclesia. Custos autem ecclesie vidit media nocte corpus eius exhumari 7 afferri ante altare et per medium secari. et media pars igne cremabatur et media intacta remanebat.et de mane apparuerunt marmora ante altare igne combusta. Hec exempla reperiuntur in libro dyalogorum beati gregorij. Nota ꝙ animalia valde ferocia catenantur et ideo natura ad ostendendum ferocitatem lingue inclusit eam inter duos muros et posuit ante eam murum et antemurale. Jacobi.iij. Omnis natura bestiarum volucrum et serpentum domatur et domata sunt a natura humana.linguam autem nullus hominuz domare potest inquietum malum.plenum veneno mortifero. Et ideo refrenanda est. Eccles. Uerbis tuis facito stateram 7 ori tuo frenos rectos. Exemplum.lingua stat in humido. et est labilis sicut anguilla et nisi in foramīe oris teneatur.tota fluit. Nota etiā ꝙ dicit᷑.qui nō refrenat linguā suā nō solū incurit maluz. sed seducit cor suū. Cui᷒ duplex est rō. Prīa q2 os est osthū cordis et lingua ostiari᷒. Jaco.iij. Lingua constituitur in membris nr̄is tāq3 ostiarius. Mat.xij. Ex abundātia cordis os loquit᷑.quia sicut dn̄s iubet sic ostiari᷒ respōdet. Sicut ergo ostiarius intromittens inimicum prodit dominū.sic lingua et os dum propter maliloquium intromittunt mortem ī animam.seducunt cor et hoīem dum animam occidunt a qua procedit vita. Sapientie.j. Os quod mentitur occidit animam. Secunda ratio est.quia os et lingua deseruiunt cordi ad manifestandum cōceptus eius. Unde dicit philosophus ꝙ voces sunt note earum que sunt in anima passionum. Mat.xv. Que autem procedunt de ore exeūt de corde. Sic ergo seruitor infirmum perderet eum si daret ei

nociua aliqua que petit.cũ sit ei datus ad sanitatem recuperandam.sic lingua seducit cor si nociua que cupit profert ꝛ manifestat.qꝛ non bene custodit ipm. Unde lingue dicit̃. Prouer.iiij. Omi custodia serua cor tuum.quoniam ab ipo vita ꝓcedit. Et sic patet secũduz. Si vis plus de lingua dicere quere in sermone de vicijs lingue. ¶ Tercio ostendit in quo religio vera cõsistit. Et dicit beatus iacobus ꝙ in duobꝫ cõsistit scꝫ in faciendo opera misericordie.et in cauendo a peccatis seculi ꝙ animam maculãt. Aug. Due sunt ptes iusticie.s. facere bonum et declinare a malo. Tunc ergo christiana religio alicui⁹ est mũda ꝙtum ad cor.et immaculata ꝙtum ad opera misericordie.qñ.xij.opera misericordie exercet.circa ꝓximum.et seipm a peccatis immaculatũ cõseruat. Per vnuz em opus misericordie qd hic ponit scꝫ visitare pupillos et viduas in tribulatione positos.dat intelligi oĩa alia opera misericordie qꝛ eadem est ratio de vno et de oĩbꝫ. Nam vt dicit phus. Eadem ẽ natura vnius glebe et totius terre.et probato ꝙ vna gleba terre est grauis.ꝓbatum est ꝙ tota terra est grauis. Et sic patet ꝙ in duobus christiana religio consistit. Prio in faciendo opa misericordie. Sap. Deum maxime imitabit̃ qui nihil iudicauerit esse ꝑciosius ꝙ̃ misereri. Summa ergo religiõis ẽ misericordia. Mat. ix. Euntes discite quid est misericordiã volo et nõ sacrificiũ. Sunt aũt.xij.opera misericordie que in his versibus cõtinent̃. Uestio poto cibo tego redimo visito condo. Consule castiga solare remitte fer ora. Sex prima sunt corpalia ad corpus ptinẽtia.alia sex sunt spiritualia ad animã ptinentia.et ideo sunt perfectiora et maioris meriti ¶ Ad opera misericordie facienda nouẽ nos inducunt. Primum est qꝛ ꝑ misericordiã dei grãm impetramus et in dei filiũ homo adoptatur. Eccl.iiij. Esto pupillis misericors et pater.et pro viro matri illoꝝ.et eris tu velut filius altissimi obediens ꝛ miserebit̃ tui magis ꝙ̃ mater ¶ Secundũ est qꝛ ꝑ misericordiã dyabolus vincit̃ Augustinus. De nulla re ita vincit̃ inimicus sicut de misericordia. Eccl.xxix. Super scutũ et lanceam pugnabit pro te contra inimicum tuum. Tercium est quia per misericordiaꝫ factaꝫ alijs misericordia super ꝓprijs miserijs impetrat̃. Math.v. Beati misericordes qm ipsi misericordiã cõsequẽtur. ¶ Quartum ẽ quia ꝑ misericordiam impetus peccatoꝝ refrenatur. Eccl.iij. Ignem ardentem extinguit aqua et elemosina resistit peccatis ¶ Quintum est quia misericordia a peccato liberat. Tho.iiij. Elemosina a morte et ab oĩ peccato liberat. Exemplũ de cornelio cui dictuz est Actu.x. Oratões tue et elemosine tue ascẽderunt in memoriam in conspectu dei. Et missus est petr⁹ ad eum.vt eum absolueret a peccatis. Sextũ est quia misericordia non solum a peccatis sed etiam a pena peccatorum absoluit. Danielis quarto. Peccata tua elemosinis redime.hic cadit exemplum de isto ꝙ in morte dimisit equum cognato suo vt precium eius daret pro anima sua ꝛ non fecit. Cui iste mortuus apparuit dicens. Si misisses mihi elemosinam de equo meo citius fuissem liberatus a pena. Nunc autem ad deum vado et te cito ante eum vt mihi respondeas de eq̃. Qui statim mortuus est ꝛc. ¶ Septimum est quia misericordia nõ derelinquit hominẽ in morte cum oĩa alia derelinquũt. Ambro. Non sunt bona hoĩs que secum portare ñ potest.sola misericordia comes est defunctorum. Octauum est quia in iudicio finali saluabit hoĩem. Math.xxv. Uenite benedicti patris mei ꝑcipite paratum vobis regnum a constitutõne mũdi. Esuriui enim et dedistis mihi man. ꝛc. Unde ibi fiet solũ disceptatio de opibus misericordie ¶ Nonum est qꝛ misericordia distribuit mansiones in regno celorum. Eccl.xvj. Oĩs misericordia faciet locũ vnicuiqꝫ ꝫm meritũ operũ suoꝝ. Et breuiter misericordia ad omnia valet et hic et in futuro.j. Thi.iiij. Pietas ad oĩa vtilis est ꝓmissionem habens vite que nũc est ꝛ future. Et nota ꝙ nihil est miserius aĩa peccatoris.qꝛ ipa est vidua derelicta et paupertima. Est eĩ separata a sponso suo xpo.a patre suo deo.a matre sua ecclesia.a fratribꝫ suis ãgelis ꝛ sanctis. Trenorum.j. Omnes amici eius spreuerunt eam. Est etiam expoliata omnibus boĩs Mathei.xiij. Ab eo autem qui non habet et quod habet auferet̃ ab eo. Et ideo nulla misericordia est ita magna et tam grata deo ꝙ̃ ꝙ homo misereatur anime sue. Eccl.xxx. Miserere anime tue placens deo. Prouerbio.x. Benefacit anime sue vir misericors. Et similiter nihil est miserius impio non miserante se ipsum.vt dicit Aug.ꝛ Eccl.xiiij. Qui sibi nequã est cui bonus erit. ¶ Secundo religio

xpiana consistit in custodiendo se immaculatum a peccatis seculi. que sunt tria. j. Johã. ij. Omne qd est in mundo aut est cõcupiscẽtia carnis aut concupiscẽtia oculorum aut superbia vite. Ad hec tria om̃e peccatũ reducitur. Ista peccata maculant aĩam turpiter immo efficiunt eã leprosam ita vt nisi a solo deo mũdari possit. ysa. xliij. Ego sum qui deleo iniqtates tuas propter me. Ubi nota q duo sũt modi immaculatum se custodiẽdi ab his peccatis. Unus est et magis tutus de mũdo exire. id est. de loco vbi mũdani habitant. Apoc. xviij. Exite de medio eius popule meus ne pticipes sitis delictoꝝ eius. qꝛ vt dicit. j. Jo. v. Totus mũ. ĩ ma. po. est. Hiere. vj. Hec est ciuitas visitatõis om̃is calumnia in medio eius Et ideo impossibile est cum mũdanis cõuersari. et nõ inquinari. Grego. Impossibile ẽ q lingua secularium mentem nõ inquinet quaꝫ tangit. Sene. Quotiens inter homĩes fui minus redij. Unde arsenius audiuit vocẽ dicẽtem sibi. Arseni fuge homines et saluaberis. Alius modus est non immisceri actibus mundi. Quia vt dicit Eccl. xiij. Qui tetigerit picem coinquinabit ab ea. ij. Cor. x. In carne eũ ambulantes non ꝫm carnem militamus. Et sic patet tercium et cõsequẽter totum.

¶ In ascensione domini de epistola.
¶ Sermo. lviij.

Scendens in altum captiuam duxit captiuitateꝫ dedit dona hominibꝰ. Ephe. iiij. Festiuitas hodierna ꝫm Berñ. est felix clausura et totius itinerarij filij dei consummatio gloriosa. Math. xvj. Et dñs quidem ihesus postq̃ꝫ locutus est eis assumptus est in celum et se. ad dex. dei. i. requiescit in gloria dei. q̃ p dexterã significat. qꝛ inq̃ntũ deus sedet ĩ eq̃litate patris. inq̃ntũ xpo hõ manet in potioribꝰ bonis patris. Siquidem dei filius ꝓpter nr̃aꝫ salutem quatuor itinera pegit. ¶ Primũ fuit de celo in terram veniendo. qñ carnẽ assumpsit de virgine gloriosa. Johã. xvj. Exiui a patre et veni in mundum. Secundũ fuit de mundo ad inferos descendendo. quando sedentes in tenebris visitauit. Eccl. xxiiij. Penetrabo om̃es inferiores partes terre. et inspiciam omnes dormientes. Tercium fuit de inferno ad mundialem machinã redeũdo. quãdo confractis inferis cuꝫ preda magna a mortuis resurrexit. Col. ij. expolians principatus et potestates traduxit cõfidenter. palã triumphans eos in semetipo. Quartũ fuit de mundo ad celum ascẽdendo. qñ vt hodierna die videntibus discipulis est sup om̃ia eleuatus Actuũ. j. Uidentibꝰ illis eleuatus est et nu. su sce. eum ab ocu. eoꝝ. Primũ iter fuit penosũ. quia nature humane penalitates assumpsit. ysaie. liij. Uere languores nostros ipse tu. et do. no. ipse porta. Secundum fuit victoriosum. quia portas ĩferi fregit. vbi et ligauit insatiabilem homicidam et spolia eius diripuit vt dicit Berñ. Luc. xj. Cum for. ar. cu. atri. suum inpa. sũt om. que pos. ꝛc. Augustin⁹. Manu inermi et affixa cruci debellauit aereas potestatẽs. Tercium fuit gloriosum. quia gloriosus et immortalis in anima et corpore resurrexit. Ro. vj. Christus resurrexit ex mortuis iaꝫ nõ moritur mors illi vltra ñ dñabitur. Quartum fuit gaudiosum quia cuꝫ magno gaudio angelorum remeauit ad celos. Psal. Ascendit deus in iubilatione et dñs in voce tube. De isto quarto itinere scꝫ de ascensione ad celos est sermo habendus ad p̃sens. q̃ in p̃missis verbis describitur tribꝰ modis. Et primo describitur virtuosa. ibi. Ascen. in altũ. Secũdo describitur fructuosa. ibi. Captiuaꝫ duxit captiuitatem. Tercio describitur gratiõsa. ibi Dedit do. ho. Ex quibꝰ tribus eliciũtur alia tria boñ cõsecutiua. Nam qꝛ virtuosa ideo admirabilis. qꝛ fructuosa ido imitabilis. quia xpo gratiosa ideo venerabilis. Est ergo ascensio saluatoris virtuosa fructuosa et gratiosa. Admirabilis imitabilis et venerabil. ¶ Primum inquã ascensio saluatoris est mirabilit virtuosa. vt virtus hic pro potentia actiua sumatur. et hoc patet ex quinq̃ꝫ scꝫ ex distantia quam ascendit. ex personis quas secum traxit ex impedimento qd remouit. ex loco vnde extraxit et ex duratione qua semper trahit.

Primo virtus istius ascensionis ostenditur ex distantia quam ascendit. quia ꝫm philosophum om̃is ascensus et motus est ab aliqua virtute mouente et tanto ascenditur veloci⁹ q̃nto virtus est maior. Exemplũ in vapor. hꝰ virtute solari eleuatis. et in sagitta virtute arcus ascendẽte. Christus aũt ꝓpria xtute quasi in momẽto ascẽdit de terra vsq̃ꝫ ad celũ empireum infra quod p̃ter machinã elemẽtareꝫ sunt nouẽ celi. scꝫ celũ cristallinũ. celũ sydeꝝ.

celum saturni.celum iouis.celum martis.celũ
solis.celum veneris.celum mercurij. et celum
lune. Et dicit ra.moyses q̄ quolibȝ celũ septē
planetarũ habet grossiciē quingentoꝝ anno-
rum.i.si aliquis homo iret in sursuȝ omni die
xl.miliaria ꝑtransiret grossiciē vni⁹ celi in quī
gentis annis et inter celum et celum est spaci-
um similiter quingentoꝝ annoꝝ.vt dicit.ideȝ
ita q̄ vsq̄ ad celũ empireum eundo omi die
in sursum.xl.miliaria vix ꝑueniret in octo mi-
lib⁹ annoꝝ. Et nõ videatur hoc absurduȝ.q2
hoc est verisimile et rationabile. Uerisimile
videtur q2 vt dicunt astrologi.quelibet stella
est maior tota terra et tñ videtur ꝑua vt qȯ-
dam speculũ. Item sol qui est longe inferior
q̄ȝ sidera est centũ lx. vicib⁹ maior q̄ȝ tota ter-
ra et tamē videtur ita ꝑuus qḋ attestat᷑ maxi
mam distantiam esse celi a terra. Hoc etiam
videtur rationabile.q2 ſm suã ꝓportõem lo-
catoꝝ adinuicem est ꝓportio loci ad locum. Ꝫ
bona glorie.que sunt ĩ celo empireo. quia ibi
gloria dei manifestat᷑ excedũt ĩ infinitũ bona
que sunt in mundo.ergo locus ille debet exce
dere istum in omni bonitate loci q̄si in infini-
tum. Sed vna de bonitatib⁹ loci est vt dicit
ph̄us.q̄ sit altus.q2 iuxta terram sunt multe
corruptiones et infectiones et plus in paludi
bus q̄ȝ in montib⁹. Quia ergo inuisibilia dei
ꝑ ea que facta sunt intellecta cõspiciũt᷑. Ro.
j.voluit deus ꝑ immensam altitudiem loci oñ
dere immensitatem boni qḋ est ibi. Christus
aũt in vno momēto.ꝓpria virtute super om̄es
celos ascēdit et ꝑuenit ad magnũ celum san-
cte trinitatis.et hoc inq̄ntum hõ.q2 inq̄ntum
deus fuit semꝑ in illo magno celo. Iohan.iij.
Nemo ascendit in celũ nisi qui de celo descen
dit filius hominis qui ē in celo. Ephe.iiij. Qui
descēdit ipē est et q̄ ascendit suꝑ om̄es celos.
Et sic ascēsio saluatoris ostēdit᷑ fuisse magne
potētie ꝛ virtutis ꝛ velocissimo trãsitu. ¶ Se
cũdo hoc idē apparet magis euidēter ex ꝑso-
nis q̄s secũ traxit.q2 om̄es aīe q̄ ascēderũt ĩ ce
lum vel que vsq̄ ad finē mũdi ascendēt.ĩ vir-
tute hui⁹ ascēsiōis ascendũt.q2 sicut di.apl's.
j. Cor.xv. Si xp̄c resurrexit ꝛ nos resurgem⁹
Ita si xp̄c ascēdit et nos ascēdem⁹.ꝛ m̄lto ma
gis.q2 difficili⁹ ē resurgere q̄ȝ ascēdere. q2 re-
surgere est suꝑ totam naturã. Io.xij. Si ego
exaltatus fuero a terra om̄ia trahã ad meipȝ
Exemplũ.cuspis ferrea ponit᷑ in cauda sagit-
te.ꝓpter magnã potentiã arcus. et quãto ma
ior est virtus arcus.tãto maior ponit᷑ cuspis
Sic christus ponens multas aīas in ascen-
su suo magnã virtuteȝ ostēdit propter quod
petebat spõsa. Cant.j. Trahe me post te cur.
in odo.vn.tu. ¶ Tercio idem patet si cõside-
remus impedientia tractuȝ.scȝ peccata tot⁹
mundi.nam quodlibet peccatum mortale gra
uius est tota terra.quia si tota terra esset vbi
erat lucifer.in magno tempore non descēde-
ret.quo descendit lucifer in momento propt᷑
vnum peccatum.et quare.certe propter gra-
uitatem peccati. Sed omnia peccata non po
tuerunt impedire istum ascensum quin hũa-
na natura ad celum ascenderet.non q̄ pecca
ta ascenderent.sed peccata remouit.vt homi
nes ascendere possent. Si ergo volumus vir-
tute istius ascensionis ascendere permittam⁹
q̄ xp̄c peccatum a nobis amoueat ac etiam
nos deponamus. Hebre.xij. Propter quod
deponentes omne pondus ꝛ circumstãs nos
peccatum.per patientiam curramus ad pro-
positum nobis certamen. ¶ Quarto idē pa-
tet si consideremus vnde christus extraxit aī-
mas ad secum ascendendum. quia de manu
demonum principum potentissimorum.quo-
rum potentia omnem potestatem superat.vt
dicitur Iob.xlj. Osee.xiij. Ero mors tua o
mors.morsus tuus ꝛc. ¶ Quīto idem pȝ ex
cõtinuitate q2 q̄nto maior ē virtus tãto ma-
gis durat ascensus et motus.vt pȝ in sagitta.
Sed ꝟtus isti⁹ ascēsus durabit vsq̄ ad finē
mũdi.donec nõ solum aīas.sed etiã corpo-
ra sanctoꝝ oīm ascēdere faciat.et in infinituȝ
duraret si mũd⁹ nũq̄ȝ deficeret. ¶ Carissimi
si nõdum trahimur oremus vt trahamur.vt
di. Aug. Et sic pȝ q̄ ascensio xp̄i fuit magne
potētie et ꝟtutis.et ideo admirabilis. Admi-
ramur eñ hoīes magne potentie ꝛ ꝟtutis vt
samsonē salo.et sic de ceteris. Et ideo cantat
ecclesia. Stant suspēsi vultib⁹. De ascēsione
etiam angeli admirati sunt dicentes.ysa.lxiij.
Quis est ille q̄ venit de ed.gra.in mul.ꝟ.su.
Et sic pȝ primũ. Secũdo ascēsio xp̄i descri
bitur fructuosa.quia captiuam duxit captiui
tateȝ. Ubi nota quinq̄ fructus ascensionis
christi. ¶ Primus est reductio captiuoꝝ ĩ ci-
uitatem suam. Deutro.iij. Reducet te domi-
nus de.t.de cap.tu. Zach.ix. Tu autem ĩ san-
guine testamenti tui emi.vin.t.de lacu in q̄ nõ
est aqua. Hic cadit exempluȝ paulini episco
pi nolani qui tradidit seipm seruum pro filio

vidue vadens in africam. et inde reduxit omnes captiuos ciuitatis et terre sue. Sic fecit christus. Johannis. xiiij. Si ego iterū abiero venio et assumam vos ad meipsum. vt vbi ego sum et vos sitis. ¶ Secundus est ostensio vie et apertio celi. Mich. ij. Ascendit pandens iter ante eos. Hebre. iiij. Habentes pōtificem magnum qui penetrauit celos iesū filium dei. Siquidem ante ianuam paradisi fuerat prohibitiua rompbea collocata. quaꝫ nullus vnquaꝫ potuit amouere nisi qui habet clauem dauid qui aperit et nemo claudit. claudit et nemo aperit Apoc. iij. ¶ Tercius est restauratio ruine angelorum. Nam draco ille magnus et serpens antiquus terciam partem stellarum traxit secum ad terram cauda sua vt patet Apoc. xij. Et sic fuit facta magna ruina ī quolibꝫ ordine angeloꝝ qꝛ de quolibet ceciderunt. Anime autem non faciunt ordinem de se in vita eterna quem fecissent si angeli non cecidissent. sed ad sedes angelorum qui ceciderunt assumentur. quibus completis finietur mundus vt aliqui dicunt. Sanctus gregorius aliter dicat. Dicit enim ꝙ illa ciuitas superna ex hominibus ⁊ angelis cōstat. ad quam credimus tantuꝫ genus humanum ascendere quot angelos illic contigit remansisse. Sed hoc a modernis non tenetur. ꝫ magis ꝙ tot ascendunt quot angeli descenderunt. quorum mansiones reseruantur hominibus. vt ab eis repleantur. quia non patitur vacuum vt dicit philosophus Joh. xiiij. In domo patris mei mãsiones multe sunt. Ps. Judicabit in nationibus im. rui. ꝛc. ¶ Quartus est missio spiritussancti qui nos inflamaret et faceret spiritualiter viuere. Johannis. xvj. Expedit vobis vt ego vadam. si eñi non abiero paraclitus non veniet ad vos. si auteꝫ abiero mittam eum ad vos. ¶ Quintus ē meritum fidei quia magis meremur non videndo ipsum si in ipsum credimus q̃ꝫ si ipm videremus. Gregorius. Fides non habet meritū vbi humana ratio prebet experimentū ⁊ multominus cui sensus attestatur. Johannis. xx. Beati qui non viderunt et crediderunt. Et sic patet quomodo ascensio christi multipliciter fuit fructuosa. et ideo imitabilis. Debemꝰ enim christum ascendentem imitari in quiꝗ supradictis. ¶ Primo vt captiuam animaꝫ nostram. que sub peccato venundata fuit dyabolo in primis parentibus et de paradiso expulsa. per gratiam christi ad patriam reducamus. et deo qui illam fecit reddamꝰ. Mat. xxij. Reddite ergo que sunt dei deo. Quidaꝫ nec reducunt ipsi animam suam. et alios reducere volentes impediunt. Et isti faciunt sicut athalia que vidēs filium suum mortuum. omne semen regium interfecit. iiij. Reg. xj. Iteꝫ faciunt sicut massarius malus qui non solum non soluit debituꝫ. sed omni mense addit vsuras supra capitale. Ysa. j. Super quo percutiam vos vltra addentes preuaricationem. ¶ Secundo vt per veram penitentiam celum nobis aperiamus. Mathei. xj. Regnum celorum vim patitur et violenti rapiunt illud id est penitentes. qui in faciēdo penitentiã violentiam inferunt sibi. Et ad hoc significandum apertū est celuꝫ iohanni euãgeliste ī pathmos penitentiam agenti. ¶ Tercio vt per bonam doctrinã et bona exempla aīas proximorum cadentes a cetu iustoꝝ. ad locū gratie reducamus. j. Thi. iiij. Esto exemplū fidelium in verbo in cōuersatione. in fide. in caritate. in castitate. Quia vt dicit aug. Nulluꝫ sacrificiū est deo ita acceptū sicut zelus aīaꝝ. ij. Coꝛ. xij. ego aūt libēter impendã et suꝑimpēdar ipē pro animabꝫ vestris. ¶ Quarto vt sanctū ⁊ spiritualiter viuamus ⁊ nō carnaliter Sic enim intelligitur. Si non abiero paraclitus non veniet ad vos. id est si presentiã corpalē ab ocul' vr̄is nō abstraxero vos ad ꝯgnitōꝫ inuisibilis spūs nō ꝑduco. ⁊ ꝑ ꝯsequēs spiritualit' n̄ viuetis ꝫ carnalit' qd facere nō debemꝰ. Ro. viij. Debitoēs sumꝰ n̄ carni vt ſm carnē viuãꝰ. Si eñi ſm carnē vixeritis moriemini. si aūt spū facta carnis mortificaueritis viuetis. Gal. v. Qui aūt sunt xp̄i car. su. cru. cū vicijs ⁊ cōcu. Mat. xvj. Qui vult pꝰ me veīre abneget semetipꝫ. i. vitã carnalē. ¶ Quito vt ꝑ fidē verã vite et'ne meitū acq̄rãꝰ qꝛ sine fide īpossibile ē placē do. ⁊ ꝑ fidē oīa possibilia sūt. Heb. xj. Scti ꝑ fi. vic. re. op. sūt iu. adep. sūt re. qꝛ ⁊ regnū carnis ⁊ regnū mūdi ⁊ regnū celoꝝ ꝑ fidē vicit'. Imitemꝰ ꝫ carissimi xp̄ꝫ ascēdētē ī oībꝫ suꝑdictis. ⁊ caueãꝰ stultizare vt mr̄ filioꝝ zebedei q̄ petijt filios xp̄o ꝯledē ãnq̃ꝫ ascēderet. Mat. xx. Dixit se. hi d. f. ꝛc. Et sic pꝫ secūdū ¶ Tercō describit' ascēsio xp̄i gñosa. qꝛ dedit dona hoībꝫ. Eph. iiij. Vnicuiꝗ nr̄ꝫ data est grã ſm mēsurã donatōis xp̄i. ⁊ ipē dedit q̄sdã q̄dem apl'os. q̄sdã aūt ꝓphetas. alios aūt euangelistas. ali. ꝓ o pa. ⁊ do. in opus euãgelij. ad

consummationē sanctorum. vt scȝ essent in gratijs cōsummati. i. pfecti. Et ideo cātat ecclesia Alta xpc dum ascēdit seruis suis mnas gratiarū appendit omniū. Et hec fuit gratiarum extimia gratia. qua in die ascensionis recessurus ab eis sic gloriosus et immortalis. cui oīs potestas in celo et ī terra fuit elargita. posuit se ad mensam et mandauit cum eis. vt dicit Marcus nec ab eis recipere obsequia recusauit. sicut viuens comedit ī domo zachei ⁊ hospitatus est cū maria ⁊ martha. Psal. Ascendisti ī altum ce. cap. acce. do. in hominibus. Inq̄ntum homo accepit in q̄ntū deus dedit ¶ Ubi nota q̄ postq̄ȝ xpc in sua ascensione regnum suum possedit quinq̄ȝ maxima dona suis apostolis et eorum sequacibꝫ est largitus. scȝ donū lingue. donum sciētie. donū cōstātie. donū abdicātie ⁊ donū potentie ¶ Primū fuit donū lingue. qd in die penthe. in specie lingue dedit. vt in ore eorum oīa genera linguarū nascerētur. Act. ij. Repleti sunt oēs spūsancto ⁊ ceperūt loqui varijs linguis. Ut sicut in linguis hoīm mūdus fuit diuisus. vt pȝ in turri babel. ita p linguas vniret ī fide. Jo. x. Alias oues habeo que nō sunt ex hoc ouili. ⁊ vo. m. au. et fiet vnū ouile et vnus pastor. Itē habuerunt donū lingue. vt verba cordi tangētia proferrent. Psal. Ecce dabit voci sue vocē virtutis. Et ideo ad eorum verba hoīes cōpūgebant et cōuertebant. Act. ij. Factū est aūt vt dum petrus hoc diceret ɔpuncti sunt corde et dixerūt ad petrū et ad reliquos apostolos. Quid faciemus viri fratres. In eodē. x. Factū est aūt loquēte petro cecidit spūssanctus sup oēs qui audierūt verbum. Uerba nostra n̄ tangūt cor. et ideo pauci cōuertunt ad verba nostra. Item habuerūt donū lingue. vt nūq̄ȝ in lingua offenderent. j. Cor. iiij. Nihil mihi ɔscius sum. Jac. iij. Si qs ī vbo nō offēdit hic per. est vir. Item habuerūt donū lingue vt doctrinā altissimā ꝓferrent vt patet in epistolis pauli. Itē habuerūt donū lingue. vt nullus eorum verbis resistere posset. Math. Ego dabo vobis os et sapientiā. cui nō poterunt resistere oēs aduersarij vestri ¶ Secūdū fuit donū scientie. q: sine doctore oīa sciuerūt Joh. xiiij. Spūssctūs quē mittet ī noīe meo iste vos docebit oīa. Oīa ergo moralia ⁊ naturalia et supnaturalia et diuina. et breuiter omnia expedientia ad salutē sciuerūt. ac etiā dono ꝓphetie claruerūt p qd futura sciuerūt vt patet in apostolis et eplis eorum. Et q̄re oīa sciuerunt. Certe q: illum sciuerūt in quo sunt omnes thesauri et sapientie et scientie dei absconditi. Col. ij. j. Cor. ij. Non enim iudicaui me aliquid scire inter vos nisi xpm ihesum et hunc crucifixum. Et quia scientia inflat sine caritate. j. Corinth. viij. ideo cum dono scientie habuerunt feruentissimā caritatē. Ro. v. Caritas dei diffusa est in cordibꝫ nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Eph. iij. In caritate radicati et fundati. Et q: ipsi habuerunt pfectam scientiam cognouerunt q̄ȝ grande malū est peccatum et q̄ȝ grāde bonum est virtus. et ideo potius voluerunt mori q̄ȝ peccatum cōmittere et virtutem perdere. Nos aūt pro nihilo habemus peccatum cōmittere et virtutes perdere. Et quare. Certe quia non habemus perfecte cognitionem eorum que faciunt hoīes dum peccant. vt dicit ad Hebre. x. j. Cor. ij. Si eñ cognouissent nunq̄ȝ dominum glorie crucifixissent. ¶ Tercium fuit donum constantie et fortitudinis. quia firmissime steterunt in prelio. nec minis nec blandicijs cesserunt. nec aduersis sūt fracti nec ꝓsperis elati. Phil. iiij. Scio abūdare scio et penuriā pati. omnia possum ī eo qui me confortat. Unde nec demones cum temptamentis. nec principes cum tormentis. nec mundus et caro cum oblectamentis. poterunt eos a christi caritate euellere. Ro. viij. Quis nos separabit a caritate christi tribu. an angu. ⁊c. Certus sum eñ quia neq̄ȝ mors neq̄ȝ vita. nec alti. neq̄ȝ ꝓfun. neq̄ȝ instātia neq̄ȝ futura. neq̄ȝ cre. a. po. n. s. a cari. dei. Sȝ ve nobis q: nihil ē q̄si qd nos separet a deo. ⁊ modica tribulatio et modica tēptatio. et modica delectatio nos deijciūt et prosternūt. ij. Reg. xiiij. Omnes morimur. scilicet in peccatis. et quasi aqua dilabimur super terrā. ¶ Quartum fuit donum abdicantie et contemptus omnium bonorum mundi. quia omnia contempsērt et honores et diuitias et delicias. Phi. iij. Omnia arbi. s. vt ster. vt christū lucri. Act. iij. Argentum et aurum non est mihi. Carissimi illud fuit maximum donum. Et quis ē iste tamperfectus vt omnia respuat tanq̄ȝ nihil. immo beatum dixerunt populū cui hec sunt. Psal. Nonne ista quesiuit abraham ysaac salomon dauid et multi alij sancti veteris testamenti. Sed hoc donum fuit reseruatum apostolis tanq̄ȝ perfectissima res. Math. xix.

Ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te.

Quintum fuit donū pfecte potentie. Nā sup oīa plenam et perfectā potentiam habuerunt scz sup celum et terrā et infernum super animam et corpus sup homines et demones super totam naturā et super omnē creaturaz. Math. xvj. Tibi dabo claues regni celorum. Et porte inferi non pualebunt aduersus eā. Et in maiori copia accepert̄ apostoli gratiam faciendi miracula quā xpc. Jo. xvj. Qui credit in me opa que ego facio et ipse faciet et maiora horū faciet. Non enī legit' q christus ad vmbram sanauerit infirmos sicut et petrus. vt ptz. Actuū. v. Neqz ad tactum vestimenti suscitauerit mortuos vt ioh. euangeli. vt in ecclesiastica narrat' hystoria. Hoc fuit figuratū in helya et heliseo. Quando enī helyas raptus est in celum. heliseus petijt vt spūs helie fieret duplex in se et sic factū est. vt ptz. iiij. Regū. ij. Helyas christus heliseus qui erat cum filijs pphetarum chorus apostolorum. Et sic apparet quō christi ascēsio gratiosa fuit. et ideo venerabilis. Veneremur ḡ carissimi donū scientie ī prophetis. qr spiritusancto inspirati locuti sunt sancti dei hoīes. ij. Petri. j. donum lingue in doctoribz qr nō vos estis loquentes sed spūssctūs. Mar. xiij. Donū cōstātie et fortitudinis in martiribz. qr in xpo oīa vicerunt. Donū abdicantie et cōtemptus in cōfessoribus qr pter xpm oīa abdicauerūt z se ipsos in dei iudicio mactauerūt. Donū potentie in virginibz qr in sexu fragili victoriā de mūdo de carne et de hoste habuerūt. Ysa. xl. Qui sperant in dño mutabunt fortitudinē. Et hec oīa in apostolis ampliore deuotiōe veneremū. qr qđ sparsuz est in alijs p partes in eis fuit ḡtiosius cōgregatū. Luc. xxij. Vos estis qui pmansistis mecū in temptatōibz meis et ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum. i. sicut pater mihi regnum. id est ecclesiam militantem tradidit in abundantia gratiarum et donorū. ita et ego trado vobis. Joh. j. De plenitudine eius nos omēs accepimus. Et sic patet totum.

¶ In festo ascensionis dñi de euāgelio.

¶ Sermo. lx.

T dominus quidem hiesus postq̄ locutus est eis assumptus est in celum et sedet a dextris dei Mar. vlti. Sicut dicit beatus lucas in actibz vt ptz in epistola hodierna. et etiam hic tangit'. dñs nr̄ hiesus christus postq̄ p dies. xl. pbauerat suam resurrectōem apostolis p multa argumenta immo p omnē modum quo pbari potuit et debuit hodie scz q̄dragesima die a resurrectōe discipulis recumbentibz et comedentibz in cenaculo in hierusalem apparuit et comedit cū eis. Et tunc in mēsa quatuor dixit eis. Prīo exprobrauit incredulitatem z duritiam cordis eorz qr his q̄ viderant eū resurrexisse a mortuis nō crediderūt. nec adhuc pfecte crediderūt. cū p tot argumēta se pbauerit resurrexisse. Secundo dixit q irent in mūdum vniuersum et predicarēt euāgelium omni creature. Hec duo patent in hō euangelio. Tercio dixit q post suam ascensionem ab hierosolimis ne discederēt donec induerent' virtute ex alto. i. reciperent spm̄sanctuz vt dicit lucas. Quarto dixit eos extra. i. iussit eos ire extra ciuitatē in bethaniam. ī mōtem oliueti z tūc disparuit. Et cum essent congregati in mōte oliueti iterum apparuit eis. et eleuatis manibus benedixit eis. Et sic hodierna die bis apparuit eis. Et apostoli quesierūt si in tpe hoc id est. post resurrectōem. statī deberz restitui regnū israhel temporale vel spiritualē. vt dic' glosa. erāt animi dispersi filij israhel et non habebunt regem nec regnum pprius. Unde quesierūt si debeant reuniri in vno regno et regere sicut tempore salomonis. Luce. xxiiij. Nos aūt sperabamus q ipse esset redēpturus israhel. Vel querunt de spūali qđ fiet in fine mundi. quando iudei conuertent' ad christum. et regnū israhel restituetur eis. i. vera cognitio dei in presenti et in futuro. Nā israhel interpretat' videns deum. Hiere. xxiij. In diebus istis saluabitur iuda et israhel habitabit cōfidenter. Et ad hoc christus respondet q non erat illorum illud tempus nosse quod solus pater sciebat. Mar. xiij. De die autem illo et hora nemo scit neqz angeli in celo. neqz filius nisi pr̄. Et cū sic respondisset eis ait. Accipietis virtutem spiritussancti et ibitis per totum mundum predicando et testificando mihi et mee nature. mee persone et mee doctrine mee morti mee resurrectoni et mee ascensioni. Et cum hec dixisset eleuatis manibus ascendit in celum et discipuli stabant aspicientes in celuz et duo angeli apparuerunt dicentes q hiesus non deberet amplius redire in terram nisi iudicaturus mundum et his dictis dispa-

fuerunt. tunc discipuli cum magno gaudio regressi sunt in hierusalem expectantes virtutem spiritussancti sicut mandatum fuerat eis. Circa christi ascensiōem ad nostrā instructōnē et edificatōem septem sunt querenda. Primo quare christus non statim post resurrectionem ascendit. Secundo vbi stetit. Tercio quare q̄draginta dieb9 ante ascensionē stetit ꝛ nō pl9 nec minus. Quarto quare de monte oliueti ascendit. Quinto quomodo ascēdit. Sexto quare ascendit. et quare nō semper hic nobiscum stetit. Septimo quo ascendit. Primo ergo queritur quare non statim post resurrectōnem ascendit cum statim post mortem anime que bene vixit debeatur celum. Ad hoc dicendum ꝙ propter duo christus n̄ statim surgens ascendit. ¶ Primo vt per multos dies et per multa argumenta se gloriosum resurrexisse approbaret. Erat enim hoc valde difficile credē. cū nl'9 vnq̄ȝ surrexit gloriosus Unde hoc mortalium pectora nullo modo subito capere potuissent cum etiam per internalla tēpoꝝ vix capē potuerūt. Item apostoli viderūt ligari linteaminibus corpus eius et claudi in sepulcro. Unde si statim surgēs ascēdisset. credidissent ipsum furatum fuisse a iudeis ne ab hominibus coleretur. sicut econuerso crediderunt iudei discipulos ipsum furatum fuisse. vt pro deo coloretur. Math. xxviij. Iube ergo custodiri sepulcrum ne forte veniant discipuli eius et furentur eum et dicant plebi surrexit a mortuis. Et sic tota fides pisset. Fuit ergo necessarium omnino christum resurrectionem suam per multa argumenta probare ne postea dubitarent. Unde leo papa dicit. ꝙ dubitatum est ab istis ne nos dubitarem9. probatum est illis vt nos firmiter teneremus. ¶ Secundo vt discipulos et matrem suā de tristicia mortis sue consolaretur. et in discipulis veram fidem spem firmam. et amorem generaret que omnia iam perdiderant. Luc. xxiiij. Nos aūt sperabamus ꝛc. quasi dicerent. sed amplius non speramus. Quia tunc aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas. et quoniam sic oportebat christum pati ꝛ resurgere a mortuis. Luce vicesimoquarto. Fecit ergo christus vt verus amicus. quia recordatus fuit amicorum tempore exaltationis sue. Multi autem amicorum preteritorum succedentibus prosperis obliuiscuntur vt pincerna pharaonis ioseph. Genesis quadragesimoprimo. Sed nō christus. Psalmista. Adhereat lingua mea faucibus meis si nō meminero tui. si non pro. hie. in prin. le. mee. ꝛc. ¶ Secūdo queritur vbi stetit christus quadragita diebus. Ad hoc dicendum ꝙ christus resurgens a mortuis secum duxit omnes animas q̄ ab origine mundi erant in limbo sanctorū patrum. ita ꝙ ille locus omnino vacuus permā sit et stetit cum eis in hoc mundo. sed vbi steterit in tota scriptura non reperitur. nec aliq̄s prophetarum qui omnia facta christi predixerunt de hoc aliquid insinuat. Nec augustinus nec aliquis doctor de hoc aliquid determinat. et hoc valde rationabiliter propter q̄tuor. ¶ Primo ad ostendendum ꝙ anima ꝛ corpus gloriosum non determinantur ad aliquem locum specialiter. nec a loco aliquid accipiunt sed habent potestatem super omnia loca et locata. Et quando volunt ostendunt se. et quando volunt non ostendunt se. et similiter quomodo volunt ostēdunt se scilicet gloriose. vel non. Unde christus apparens apostolis non ostendebat corpus suum gloriosum quia oculi mortales non potuissent illud ferre vel videre. vt dicit Augustinus. Unde corpus gloriosum et anima existens in igne nihil pateretur ab igne. ꝙ autem anima patiat' ab igne inferni hoc non est nisi inquantum ignis ille agit vt instrumentum diuine iusticie. sicut vnus ribaldus suspendit vnum comitem vt minister regis. ¶ Secundo ad ostendum ꝙ beatitudo non consistit in aliquo loco sed solum in visione. Und anima beata existens in inferno ꝛ vbiq̄ȝ semp est in gloria eterna. Luce vicesimotercio. Hodie mecum eris in paradiso. Et tamen ista die anima latronis ad īfernum descendit. Unde sancti dicunt ꝙ angeli qui nobiscum morantur semper sunt in gloria dī. Mathei decimooctauo. Angeli eorum in celis semper vident faciem patris mei qui in celis est. Exemplum. sicut sol lucens in mundo omnes tenebras fugat. et omne aliud lumen obfuscat. sic deus existens in anima gloriosa. in qua coniunctione consistit gaudium glorie. omnem penam a corpore excludit ex redundantia glorie anime in corpus. Et omnē aliam delectationem insipere facit. Augustinus dicit. Gustato spiritu desipit omnis caro. Et ꝙ celum empireum dicatur locus esse beatorum. hoc non est de esse glorie. sed de be

ne esse. et quia deus in eo ostendit gloriam suam. ¶ Tercio ad ostendendum quod nullus locus nec aliqua res de istis inferioribus est digna anima et corpore glorioso. immo ipsa excedunt omnia inferiora. Hic cadit exemplum de saracenis qui vadunt methbam ad videndum ossa machameti et eruunt sibi oculum qui vidit ossa eius dicentes quod non est dignum quod ille oculus aliquid aliud videat. Unde de quodam legitur quod videns beatam virginem eruit sibi oculum cum quo eam vidit et dicebat quod libenter erueret sibi alium si eam iterum videret. tantam delectationem ipse sensit ¶ Quarto ad ostendendum quod ipse erat verus deus qui est ubique et non magis in uno loco quam in alio. ¶ Tercio queritur quare quadraginta diebus stetit et non plus nec minus. Ad hoc dicendum quod fecit propter quatuor ¶ Primo ad ostendendum quod postquam homo resurrexit a morte peccati. que vocatur resurrectio prima. Apoc. xx. Beatus qui habet partem in resurrectione prima quod fit per veram confessionem. et contritionem. non statim ascendit in celum. nisi post quadraginta dies. i. post plenam satisfactionem et post completam penitentiam. que per quadragenarium numerum designatur. Satisfactio enim est essentialis pars penitentie. Hoc fuit figuratum in helia qui postquam dormierat. sub iunipero et comederat panem subcinericium ab angelo sibi apportatum. ambulauit. xl diebus et quadraginta noctibus antequam perueniret ad montem oreb. iij. Regum. xix. Helyas dormiens sub iunipero homo moriens sub penitentia que per iuniperum designatur que est exterius valde aspera. sed ex ea fit oleum sicut ex iunipero. omnem anime tumorem sanans qui recipit panem subcinericium ab angelo. i. corpus christi. et omnia sacramenta a sacerdote Malach. ij. Angelus enim domini exercituum est. Nec propter hoc statim vadit ad celum nisi prius penitentiam compleat. j. Cor. iij. Ipse autem saluus erit sic tamen quasi per ignem. Item fuit hoc figuratum in quantum filij israhel steterunt. xl. annis in deserto antequam intrarent terram promissionis. Unde a sanctis purgatorium ponitur ut si hic penitentia non completur ibi compleatur ¶ Secundo ad ostendendum quod consolationes quas deus filiis suis comparantur ad tribulationes quas deus permittit eis euenire sicut annus ad diem: et dies ad horam etiam in vita ista. Ysaie lxj. Predicate annum placabilem domino et diem ultionis deo nostro. Illud autem tempus ut dictum fuit tempus consolationis. quo apostolos fuit consolatus. Quia ergo. xl. horis fuerunt desolati in morte christi tantum enim iacuit in sepulcro mortuus. voluit eos. xl. diebus consolari sua presentia et locutione. Math. xix. Centuplum accipi. et vitam eter. poss. ¶ Tercio ad designandum quod sicut deus. xl. diebus pluit aquam tribulationis et vindicte in diluuio quando totum mundum subuertit. ita christus. xl. diebus pluit aquam gratiarum et misericordie omnibus volentibus recipere in maiori copia quam tunc effudit aquas. Joh. iij. Non dat deus spiritum ad mensuram Ps. Misericordia domini plena est terra. Et fuerunt tot ille gratie quod redundauerunt ad nos et ad omnes posteros redundabunt. quia omnes gratias quas fecit apostolis qui tunc aderant in eis fecit nobis. Jo. xvij. Non rogo pro eis tantum sed pro eis qui credituri sunt per verbum eorum. In eodem. primo. De plenitudine eius nos omnes accepimus. Unusquisque enim propriam mercedem accipiet secundum laborem suum. ut dicit apostolus. j. Co. iij. ¶ Quarto ad ostendendum quod multo plura requiruntur ad probandum resurrectionem quam mortem et corporaliter et spiritualiter. Et ideo triduum sepulture sufficit ad probandum mortem. et quadragenarium ad probandum resurrectionem. Ad vitam enim multa requiruntur. Ad mortem autem solum sufficit unum. Similiter ad vitam spiritualem multa valde requiruntur. s. omnes uirtutes. septem dona spiritussancti. sacramenta ecclesie. Ad mortem autem solum unum sufficit. Jaco. j. Siquis autem totam legem seruauerit offendat autem in uno factus est omnium reus ¶ Quarto queritur quare de monte oliueti ascendit. M Ubi nota quod christus ascensurus celum. quatuor fecit ad nostram instructionem quia comedit. egressus est ciuitatem. ascendit montem. et benedixit apostolis. Hec quatuor ascensum in celum. scilicet in morte nos facere debemus. ¶ Primo enim debemus comedere id est corpus christi digne sumere. Joh. vj. Ego sum panis viuus qui de celo descendi. si quis manducat ex hoc pane viuet in eternum. et non morietur. sed transibit de morte ad vitam. Augustinus. Cibus sum grandium cresce et manducabis me. nec tu me mutabis in te. sed tu mutaberis in me. Hebreorum quinto. Perfectorum autem est solidus cibus. Qui autem indigne manducabit et bibit iudicium

dez.v. Beati misericordes quoniã ip. pos. ter. Sic fuit mitis dauid qui miphiboseth filiũ filij inimici sui mortalis fecit de mensa sua et viris Jabes qui sepelierunt ossa eiusdẽ saul inimici sui bona repromisit.ij. Regum.xxj. Peccatores autem sunt ossa canina ꝛ lupina mordentia ꝛ lacerantia. Et ideo cum benignus sit spiritussanctus nõ potest in eis requiescere. Ysaie.lxj. Spirit⁹ domini super me ꝛ eo ꝙ vnxit me.id est humanum ꝛ mansuetum me fecit. Quarto sunt ossa viua ꝛ nõ mortua per inhabitantem spiritum vite ĩ eis Johan.vj. Spiritus est qui viuificat: caro autem non prodest quicꝗ̃. In eodem.xiiij. Ego viuo ꝛ vos viuetis. Et etiam non solũ sunt viua in se sed etiam conferunt alijs vitaꝫ. Quod figuratum fuit in ossibus helisei que statim ꝙ tetigerunt cadauer hominis mortui reuixit homo.vt patet.iiij. Regum.xiij. Mathei.x. Infirmos curate.mortuos su.lepro.mun. Peccatores autem sunt ossa mortua vitam gratie non habentia.ꝛ ideo cũ spiritussanctus sit spiritus vite non potest requiescere in eis. ¶ Quinto sunt ossa redolentia per odorem bone fame ꝛ non fetentia per fetorem infamie.ij. Corintheorum.ij. Christi bonus odor sumus deo in his qui pereunt et in his qui salui fiunt. Et alijs quidem odor vite in vitam.alijs quidem mortis in mortem Genes.xxvij. Ecce odor filij mei sicut odor agri.ple.cui be.do. Ecclesiast.xlix. Memoria Josie in compositione odoris. Peccatores autem sunt ossa fetentia coram deo ꝛ sanctis Ysaie tricesimoquarto. De cadaueribus eorum ascendet fetor. Unde in vitispatrum legitur. Qꝫ angelus obuians cuidã ornate mulieri peccatrici obturauit sibi nares: dicens. ꝙ fetebat coram deo ꝛ sanctis. Et obuians cuidam iusto pauperi vlceroso: odorauit eũ dicens.ꝙ redolebat coraꝫ deo ꝛ sanctis. Dicit philosophus ꝙ canis nil sentit de odore nisi sit annex⁹ rei comestibili vel veneree. sed illum optime sentit. Similiter peccatores nihil sentiunt nisi de odore carnalium. Et ideo cũ spũs.ſ.ñ sit caro ꝫ spũs ñ redolꝫ eis. Et pp̃ea ñ recipit ĩ eis. ¶ Sexto sunt ossa neruis colligata ꝛ compaginata. Ezech. tricesimotercio. Et accesserunt ossa ad ossa.vnumquodꝗ ad iuncturam suam ꝛ ecce nerui ꝛ caro super ea ascenderunt. Job.decimo. Ossibus et neruis compegisti me. Et non sunt ossa paralitica ꝛ dissoluta. Omnia enim opera iustorũ sunt regulata.ꝛ omnes sensus eorum regulati sunt. primo Corintheorum decimoquarto. Omnia honeste ꝛ ẜm ordinem fiant in vobis. Roma.duodecimo. Rationabile obsequium vestrum.et nolite conformari huic seculo.sup. quia totum est dissolutum.vnde religio christiana vocatur eo ꝙ a multis abstinet ꝛ in multis se religat que alijs nationibus licent. Et inter christianos illi dicuntur religiosi qui multum religãtur. Peccatores autem sunt paralitica ossa ꝛ dissoluta. quia facta ꝛ dicta eorum a regula rationis discrepant ꝛ discordant. Roma. primo. Et quia non probauerunt habere deuꝫ in noticia tradidit illos deus in reprobum sensum. vt faciant ea que nõ conueniunt repletos omni iniquitate.ꝛ cetera. Charissimi si volum⁹ ꝙ spiritussanctus veniat in nos simus sicci ꝑ corporis macerationem.quia ipse est ignis. sim⁹ fortes per tolerantiam aduersorum.quia ipse est virtus indeficiens ꝛ pondus virtutum. simus mites ꝛ humani per pietatem.quia benignus est spiritus sapientie. simus viui per gratiam.quia ipse est vita. simus redolentes per bonam famam.quia ipse odorat odoreꝫ spiritualium ꝛ non carnalium. simus compositi ꝛ ordinati per regulam rationis.quia ipse est regula omnis rectitudinis ꝛ iusticie. et sic erimus ossa in magna reuerentia corã deo. Talia fuerunt ossa Joseph que filij israhel cum magna reuerentia de egipto in terram promissionis transtulerũt. vt patet Exodi tredecimo. Et sic patet quartum.

¶ Quinto ponitur effectus quẽ spiritussanctus veniens fecit ecclesie. quia erudiuit eã Hunc effectum spiritussanctus in tota ecclesia: et in anima cuiuslibet iusti quotidie facit. ¶ Nam per septem dona sua ipsam erudit ꝛ informat. Ipsa enim septeꝫ dona spiritussancti sunt ille septem stelle in dextera filij que illuminant totum mundũ. de quibus dicitur Apocalips.primo. Item sunt septem oculi qui sunt septem spiritus dei missi in omnem terram. de quibus dicitur Apocalips.quinto. Item sunt septẽ lucerne que semper debent ardere in tabernaculo dei. de qͥbus dicit̃ Exo.xxv.q: dona spiritussc̃ti faciũt hoïeꝫ ardẽ ꝛ oĩa vidẽ. Unde

illa sancta animalia: in quibus erat spiritus vite erant oculis vndique plena. vt dicit Ezech. j. Erudit ergo nos spiritussanctus. Primo per donum sapientie dum effectum mentis cognitione pascit et delectatione bonorum illum afficit et reficit dum scz vera bona prout sunt bona amare et gustare facit. et facit dulcedinem suauitatis eorum sentire qui prius solum terrena sapiebat. Hebre. v. Omnis qui lactis est particeps expers est sermonis iusticie. Perfectorum autem est solidus cibus eorum qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni et mali. Secundo erudit per donum intellectus in bonis cognoscendis et maxime per fidem perficit et illuminat de credendis Actu. xv. Fide purificans corda eorum. ¶ Tercio erudit per donum consilij. dum cautum facit hominem quando eligat bona et preeligat meliora et vtiliora salutis. Math. xix. Si vis perfectus esse vade et vende omnia que habes et da pauperibus. et ve. se. me. Quarto erudit per donum fortitudinis dum contra insultus temptationum pugnantem roborat ostendens ei solum per patientiam esse pugnandum. Lu. xxj. In patientia vestra possidebitis animas vestras. ¶ Quinto erudit per donum scientie. per quod dat cognoscere bene agere et a malo recedere. Job. xxviij. Timere deum ipsum est sapientia et recedere a malo intelligentia. quia vt dicit apostolus. j. Corinth. xiiij. Qui ignorat ignorabitur. Sexto erudit per donum pietatis. dum per quosdam spei funiculos ad bonum appetendum et agendum attrahit. Math. xj. Venite post me. et cetera. ¶ Septimo erudit per donum timoris dum a malo culpe presentis et a malo pene future per quedam metuenda que mentibus hominum suggerit retrahit et auertit. Eccl. vij. Memorare nouissima tua. et in eternum non peccabis. ¶ Postquam autem spiritussanctus his septem donis nos erudiuit et informauit per eadem nos pugnare facit contra septem mala humane nature. et primo contra malum puerilitatis facit nos pugnare dono sapientie. Peccator enim est puer sensu et opere et omnia sua opera puerilia. Ysai. lxv. Puer centum an. mo. j. Cor. xiiij. Nolite pueri effici sensibus sed malicia paruuli estote. Exemplum sicut puer dat vnum aureum pro vno pomo. Ita peccator pro vno denario dat vnam virtutem. immo omnes. immo quod plus est deum. Sap. xiij. Infantium insensatorum more viuentes. Sed per donum sapientie efficitur maturus in sensu et in opere discretus. Greg. Per sapientiam maturi sumus. Secundo contra malum brutalitatis facit nos pugnare dono intellectus. Peccator enim sicut brutum animal solum exteriora in rebus sensibilibus cupit illis inherens tanquam fini. Interiora vero eorum nulla cognitione attingit. Exemplum sicut visus non discernit si apis est in fauo. nec piscis si hamus sub esca. sic peccator non discernit si sub delectatione mundi est pena eterna. Sed per donum intellectus homo penetrat interiora rei et cognoscit penam eternam et quod sub asperitate penitentie latet gloria infinita. Ro. viij. Non sunt condigne passiones huius tem. ad fu. glo. que re. in no. ¶ Tercio contra malum periculositatis facit nos pugnare dono consilij. Peccator enim est in multis periculis constitutus. Nam in carcere dyaboli manet et est sententiatus ad mortem. et priuatus omnibus bonis et de omnibus his non curat sed omni die exponit se periculo dum peccatum addit peccato. Osee. iiij. Furtum et mendacium et homicidium inundauerunt. et sanguis sanguinem tetigit. Exemplum sicut vnus ribaldus exponeret se periculo intrans ad regem vt interficeret eum. Sic peccator dum peccat. quia quantum in se est vult interficere filium dei. Hebre. vj. Rursum crucifi. sibimetipsis filium dei. Sed per donum consilij homo eligit tutam viam. scilicet relinquendo mundum et carnalia desideria que mergunt hominem in infernum. Thimo. ij. Apparuit gratia dei et saluatoris no. om. ho. eru. n. vt abnegantes impietatem et secularia desideria sobrie et iuste et pie viuamus in hoc seculo. Quarto contra malum continuitatis spiritualis certaminis facit nos pugnare dono fortitudinis. Mundus iste est campus agonis et prelij. Job. vij. Milicia est vita hominis super terram. Et prelium istud est ita continuum et forte. quod omnis homo succumberet nisi esset dei fortitudine roboratus. Luc. xxij. Petre ecce sathanas expe. vos vt cri. sicut tri. Ego autem ro. pro te vt non deficiat fides tua. Et ideo omnes apostoli quando relicti sunt proprijs viribus sunt deuicti. De hac fortitudine peccator non curat. sed proprijs viribus vult pugnare vt petrus et ideo sicut petrus quotidie negat xpm. Thi. j. Confitentur se nosse deum: factis autem negant Exemplum sicut homo stans tota die in forti prelio sine armis necessario moritur. sic peccator dei fortitudine non armatus. sed homo iustus omnia vincit dono fortitudinis robo-

ratus. Philip. iiij. Omnia poss. in eo qui me confor. Sic vicit dauid goliaz et samson phi listeos. ¶ Quinto contra malum erroris circa bona et mala dono scientie facit nos pugnare Dupliciter enim erramus in cognoscendo bona et mala. Primo quando paruum bonum et paruum malum dicimus magnum bonum et magnum malum et econuerso. Secundo quando illud quod est malum dicimus bonum. et illud quod est bonum dicimus malum. Ysai. v. Ve qui dicitis bonum malum et malum bonum. Omnia bona et mala mundi sunt parua bona et parua mala preter peccatum. quod est pessimum malum. Virtutes et dona sunt optima bona. Jaco. j. Omne datum optimum et omne donum perfectum desursum descendens a patre luminum. Peccator autem bona et mala mundi reputat optima bona et pessima mala. Peccatum autem reputat paruum malum et virtutes modicum bonum. Exemplum sicut stultus reputaretur qui diceret lutum melius auro. sic est peccator. Sed iustus per donum scientie discernit magna et parua bona et mala optimum bonum et pessimum malum. Math. x. Estote prudentes sicut serpentes. ¶ Sexto contra malum execrabilitatis. propter quam vita nostra est deo odiosa. facit nos pugnare dono pietatis. Peccator est deo execrabilis. quia nec sui miseretur nec proximi. Eccl. xiiij. Qui sibi nequam cui bonus erit. Job. xxiiij. Pauit enim sterilem et que non parit. et vidue non benefecit. Omnis miseratio peccatoris est solum circa carnem propriam que est sterilis. et nullum fructum vite parit. sed vermibus deuoranda seruatur. anime vero sue viduate suo sponso deo non benefacit. Exemplum sicut habens pulcram. sapientem. nobilem et diuitem vxorem et de ipsa nihil curaret. sed de vilissima ribalda et turpi multum solicitaretur esset execrabilis coram hominibus. Sic peccator qui de anima nil curat est execrabilis coram deo. Math. xvj. Quam commutationem dabit homo pro anima sua. Sed dono pietatis miseretur iustus anime sue. Eccl. xxx. Miserere anime tue placens deo. ¶ Septimo contra malum stulte securitatis. qua nihil est periculosius homini tot malis obsesso facit nos pugnare dono timoris. Peccator inter tot et tales inimicos secure dormit et nihil timet. Job xxj. Domus eorum secure sunt et pacate. Et quid sequitur. Ducunt inquit in bonis dies suos et in puncto ad infernum descendent. Et quare. quia sine timore vixerunt

Ecclesia. j. Timor domini expellit peccatum. Nam qui sine timore est iustificari non potest. Exemplum sicut homo obsessus in quodam castro. et dure expugnatus. et timens de perditione intus. stultus et malus custos reputaretur si secure dormiret et comesationibus se daret et ostia castri non firmaret. Sic peccator in ergastulo carnis obsessus in qua est proditio. et a demonibus fortiter oppugnatus stultus reputatur. et vt malus custos debet condemnari. si ostia sensuum non claudit. et comesationibus vacat. et solerti cura se non custodit. Abacuc. ij. Super custodiam meam stabo. Math. xxvj. Uigilate et orate vt non intre. in tempta. Sed iustus dono timoris sicut timens semper custodit se. Eccl. ij. Fili acce. ad ser. dei sta in iust. et ti. et prepara ani. t. ad temp. Prouerb. xv. In timore domini declinat omnis a malo. Et ideo cum in timore domini recedatur a malo. frequenter sunt cogitanda que timorem domini incutiunt. sicut sunt punitiones quas deus fecit peccatoribus et pene future. Eccl. xxj. Nisi in timore do. te. te instanter ci. subuer. do. te. Ysai. xxxviij. Ego di. in di. dierum meorum vadam ad portas inferi. Et sic patet quintum.

¶ De sancta trinitate Sermo lxiiij.

Inuisibilia ipsius a creatura mundi per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur sempiterna quoque virtus eius et diuinitas. Ro. j. Nihil est in vniuerso mundo tam inuisibile et incomprehensibile sicut vnitas et trinitas dei Potest autem aliquid esse alicui inuisibile duobus modis. Uno modo ex parte sua. quia non est lucidum vel coloratum. vt sonus et ventus. et similia. Alio modo ex parte videntis. puta quando habet debilem et obumbratum visum. et isto modo non possumus videre rotam solis quam aquila intuetur. Isto ergo modo trinitatem et vnitatem videre non possumus ratione scilicet debilitatis intellectus nostri. quia vt dicit philosophus. Ita se habet intellectus noster ad manifestissima nature. sicut oculus noctue ad lucem solis. Hieronimus. Grandes materias parua ingenia non suffert. Nihilominus quis tanta sit difficultas in cognoscendo trinitatem et vnitatem dei: vult apostolus in

verbis ppositis q p creaturas z p rõnes naturales fidei tamē admixtas ipsa vnitas z trinitas dei aliquo modo in enigmate tamen et multum imperfecte attingatur. Et hoc non vt ipsa trinitas probet᷑. sed vt ipsa ab impugnantibus defendatur. Debemus g ee͞ parati defendere ea que catholica fides tenet. j. Pet. iij. Parati semper reddere rõnē de ea que in nobis est fide z spe. Sed in hac materia est caute pcedendum. qr vt di. August. Ubi queritur vnitas trinitatis patris z filij z spiritussancti. nec periculosius alicubi erratur. nec aliquid laboriosius inuenitur nec fructuosius aliquid queritur. Ad hoc tamen q̄rendum oportet nos humiliari fm intellectū Quia vt dicit Greg. Sacra scriptura ē magnum pelagus vbi elephas natat. z agn⁹ peditat. Debemus ergo tenē ipm intellectū sb imperio voluntatis. ij. Cor. x. In captiuitatem redigentes omnem humanuz intellectū in obsequium xpi. Quia dato q intellectus non possit videre que de trinitate dicunt᷑. debet homo p voluntatem ipsū cogere: dicēs. Uolo credere que fides catholica tenet siue intelligam siue non. cum sint a pphetis p spiritumsanctuz qui mentiri nō pt̄ pphetata. ij. Pet᷑. j. Non enī voluntate hūana allata est aliquando pphetia b spiritusancto inspirati locuti sunt sancti dei homines. A xpo qui est ipsa veritas impata. Joh. xiiij. Creditis ī deuz z in me credite. Ab aplis qui viderunt p̄dicata. j. Joh. j. Que vidimus z audiuimus z manus nostre ptrectauerunt de verbo vite hec annunciamus vobis. Ps. In omnē terrā exiuit so. eo. zc. Per opa mirabilia approbata z roborata. Jo. xj. Qui credit ī me opera que ego facio z ipe fa. z ma. ho. f. Math. xvj. Illi aūt pfecti pdi. vbiqz d. coop. z ser. cō fir. se. sig. Et ab Aug. z alijs doctoribz qui fuerunt sapientissimi. z hec oīa pbauerūt z viderūt fm quod in vita ista videri possunt et pbari attestata z in scriptis redacta. Et ido non sumus indoctas fabulas secuti. vt dicit᷑ ij. Pet᷑. j. sed vera loquimur z tenemus. Et ppterea ierxcusabilis est oīs hō q̄ his que sᷓ fidei nō assentit cū sint pbata z attestata oī mō quo aliquid pbari potest. Humiliemur ergo karissimi in fide z credamus ea que sᷓ fidei. non possumus aliter intelligere. Ysai. vij. Nisi credideritis non intelligetis. Si autem credere voluerimus. deus illuminabit nos. et quod impossibile videbatur possibile videbitur ac decens. Actu. xv. Fide purificans corda eorum. Teneamus ergo fidei nostre confessionem. scz q sit vnus deus z tres persone vt dictum est. z q pater z filius z spiritussanctus sint ille tres persone. z omēs tres sint solum vnus deus. Ps. Benedicat nos de⁹ deus noster zc. Ysai. vj. Sanctus sanctus sanctus dominus deus exercituum. z nō dñi dij Et ad ꝯsolatōem fidei nostre p rōes p̄dicabiles. hoc solum in presenti sermōe pbare intendo. Et primo q est vnus deus tm̄. secundo q sint tres persone. tercio q iste tres persone sint pater filius z spūssanc. Prio pbatur q sit solum vnus deus z tres persone sint solum vnus deus per tres rōes. ¶ Pria sumitur a causis. quia vt di. phs in causis ordinatis impossibile est in infinitum abire. immo deuenire oportet ad primam causam q̄ ē causa ordinans z disponens oīa alia. Manifestum est autem q totum vniuersum ordīatissime pcedit. Nam videmus q omni anno sol ꝯplet cursum suū z luna p eadez. xij. signa currit oī mense p que sol in anno. Oēs etiam planete certo tempore ꝯplent cursum suū. firmamentum etiā cū oībz stellis omi die voluūtur de puncto ad punctum. sp est dies z nox. estas z hiems. Hec omnia ad oculum vidē⁹ Sile ē de hoībz z bestijs z de omnibz ꝯtigētibus q̄ oīa deus ordinatissime disponit z regit. Sap. viij. Attingit a fine vsqz ad finem for. z di. o. s. Quis hūc ordinem videre n̄ valeamus. imo oīa ista ꝯtingentia vident᷑ nob a casu z fortuna ꝯtingere. Eccs. ix. Uidi sb sole nec velociū esse cursum nec fortiū bellum nec artificū grām nec sapientū panez nec doctoz diuitias. sed tempus casuqz in oībz. sed vere sic est in supradictis que videmus. ita ē ī istis ꝯtingentibz quoz ordinez nō videm⁹. Boe. Sed tu q̄uis causam tante dispositōnis ignores tñ q̄ntū bon⁹ rector mūdū tēpat recte fieri cuncta ne dubites. Cū ergo oīa sic ordinate pcedant z sint ita diuersa int᷑ se. impossibile est quin ab vno regant᷑ z disponantur als oīa miscerent᷑ z ꝯfunderent᷑ z deficerent. Exemplum de ciuitate: si nō habēt dominiū. Lu. xj. Oē regnū ī se di. desol. Et ido phs ꝯcludit. xij. metha. Unus ergo pnceps Hāc rōem tangit Boe. in secūdo de conso. Hūc ne inqt phia mūdū temerarijs agi casibz fortuitisqz putas. an nullū ei regimē inesse

rōnis. Atq3 in quā nullo existimauerim modo
vt fortuita temeritate tam certa regant᷑. vnū
operi suo conditorem presidere scio deum.
¶ Secunda rō sumitur a virtute 7 pfectōne
vnitatis. Oportet enim vt quicquid boni 7 p
fectionis est in creatura eminentius sit in crea
tore. quia nemo dat quod non habet. 7 causa
est potior effectu. Sed omnes creature desi-
derant vnitatem sicut dicit Boe. li. de conso.
sicut id in quo consistunt 7 conseruātur. quia
omnes creature tamdiu subsistunt 7 cōseruā-
tur q̄diu sunt vnum. deficiunt aūt cum diui-
duntur 7 vnitatem pdunt. Exemplum in edi
ficijs 7 in animalib9 7 arboribus 7 ciuitatibus
Tamdiu.n. est animal q̄diu corpus 7 anima
vnita manent. cum aūt separant᷑ non est plus
animal. Et simile apparet in omnib9. qr vt di.
phus. vnum 7 ens conuertunt᷑. Et boe. dicit
q omne quod est iō est quia vnum numero ē.
Maxima ergo est virtus vnitatis 7 perfectio
Oportet ergo q hec virtus 7 pfectio eminen
tius sit in creatore. Et ideo deus est maxime
vnus. 7 tres psone sc3 pater filius 7 spūssan-
ctus magis sunt vnus deus. q̄ aliq res sit vna
numero. Et ex hoc etiam sequitur q omniu3
trium psonarum sit oīno vnum esse. vnū nosse
vna potentia. vna virtus. 7 vna operatō. Au-
gu. Indiuisa sunt opera trinitatis. Deut᷑. vj.
Audi israhel dominus deus tuus vnus ē. Ad
idē. Sicut dictum est omnia conseruantur in
vnitate cum ergo omnia conseruentur in deo
oportet necessario q deus sit vnus. al's esset
oppositum in adiecto. Actu. xvij. In ipō enim
viuimus mouemur 7 sumus. ¶ Tercia rō sumit᷑
ex pfectione primi principij. Oportet eni3 ne-
cessario vt probat phus q primu3 principiū
sit summe pfectum. 7 q ei nihil desit. Si ergo
sunt plura prima principia. q tunc eēt si tres
psone essent tres dij. oportebit q vnūquod-
q3 sit summe pfectum. Aut ergo erunt omni-
no idem ita q quicquid habet vnum h3 aliud
tunc erunt superflua. Deus aūt 7 natura ni-
hil pducunt superfluum neq3 frustra. siue vt
melius dicam. tunc erunt oīno vnum. quia q̄-
cunq3 nullo modo differunt oīno sunt vnum
Aut differunt in aliquo. ita q vnum habebit
aliquid boni 7 pfectōnis quod non habebit
alterum. 7 per consequens illud quod nō ha-
bebit illud boni 7 perfectōnis non erit summe
pfectum. Et sic patet q est tm̄ vnum princi-
pium. 7 p consequens tres persone diuine nō
sunt tres dij. sed vnus deus. 7 sic pat3 primū.
¶ Secundo pbatur q deus sit trinus ī
psonis. i. q tres psone sint in vno deo p tres
rōnes. Prima sumitur a creaturis. vbi ē ima-
ginis signaculum. Secunda a creaturis vbi ē
trinitatis vestigium. Tercia a creaturis. vbi ē
iocunditatis solatium. ¶ Prima ergo sumit᷑
a creaturis vbi est imaginis signaculum. q̄ tal᷑
est. In omni creatura facta ad imaginem dei.
vt in homine 7 in angelo. est quedam trinitas
in vna essentia. qr ibi ē intellectus. in quo veri-
tas est ibi est voluntas. in qua est amor. 7 ē ibi
memoria in qua cōseruantur intellecta. Si er-
go in creaturis pfectis factis ad imagine3 dei
inuenit᷑ quedā trinitas opt3 q pfectiori mo-
do repiatur in creatore cū ex hoc ipso q sunt
vnum 7 tria. dicantur facta ad imaginem dei.
7 quicquid est in creatura. eminentiori mō sit
in creatore. Gen̄. j. Faciamus hominē ad ima
ginem 7 similitudinem nostram. est ergo ī deo
quedam trinitas psonarum. Nam ibi ē pater.
p modum conseruantis omnia. ipe eni3 omīa
creauit regit 7 conseruat. Est ibi filius p mo-
dum intellecte veritatis. quia ipe est veritas.
Joh. xiiij. Ego sum via veritas 7 vita. Est ibi
spūssanctus p modum amoris. quo. s. pr̄ amat
filium. 7 filius amat patrem. ipe enim spiritus-
sanctus amor est. j. Jo. iiij. Deus sup. spūssan
ctus caritas est. Sicut ergo ē vna aīa 7 vnus
angelus. 7 in ipa sunt tres potentie. s. memo-
ria intellectus. 7 voluntas. ita est vnus deus 7
in ipso sunt tres psone. s. pater verbum 7 spi-
ritussanctus ¶ Secunda rō sumitur a crea-
turis in quibus est trinitatis vestigium vt ī so
le. Nam vt dicit Aug. in sole est quedam tri-
nitas: 7 vnitas, representans trinitatem 7 vni
tatem dei tanq̄ vestigium pedis representat
pedem. Anima vero hominis 7 angelus h' ide3
representant tanq̄ speculum imaginem 7 ma
gis pfecte. In sole. n. est ipa substātia solis tā-
q̄ pater qr a nullo generatur. a quo generat᷑
radius splendoris. sicut filius dei a patre. 7 ab
vtroq3 pcedit calor. s. a sole 7 radio eius sicut
spūssanctus a patre 7 filio 7 hec tria sunt sim᷑
tempore. sicut illa eternitate. quia statim q sol
fuit emisit radium. 7 eodem tempore vtrº ca-
loris ab vtroq3 processit. sic deus ab etno ge-
nerauit filium. 7 ab eterno spiritussanctus ab
vtroq3 processit. Et sicut radius splēdoris a
principio fuit a sole natus 7 semper nascit᷑ ab
eo. 7 calor a principio pcessit ab ambobus et

semper procedit. sic filius dei ab eterno fuit genitus a patre et semper gignitur sine generatur. et spiritussanctus ab eterno processit ab vtroque et semper procedit. Et sicut radius splendoris manens in sole omnia et totum mundum implet lumine ita filius dei splendor glorie manens in patre est vbique. Et sicut calor procedens a sole et radio eius totum mundum calefacit. sic spiritussanctus a patre et filio. procedens corda omnium hominum calefacit. Et propterea in specie ignis apparuit. Et sicut sol per splendorem suum omnia illuminat. sic deus per filium suum. Johannis. j. Erat lux vera que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum in mundo erat et c. Et sicut sol per calorem et radium splendoris omnia operatur. ita deus per filium et spiritumsanctum omnia operatur et regit. quia indiuisa sunt opera trinitatis vt dictum est. Mirabiliter ergo vestigium trinitatis relucet in sole. Tercia ratio sumitur a creaturis. vbi est iocunditatis solatium. quia homo solus existens non potest plenam iocunditatem habere. quia est animal sociale secundum naturam. Vnde Genesis. ij. Non est bonum hominem esse solum faciamus ei adiutorium simile sibi. Animalia etiam multum affliguntur stando solitarie. vt canis in cathena. Consistit autem perfectio societatis humane in tribus. scilicet patre filio et vxore. Si enim est pater filius et vxor plenam iocunditatem habent quantum ad societatem. Cum igitur in deo sit plena et perfecta leticia oportet quod ibi eternalis societas reperiatur. scilicet pater et filius. et amor tanquam vxor. cui totum suum bonum vult deus. quia si iocunditas societatis reperitur in hominibus que quidem societas ex tribus perficitur vel completur. oportet quod talis iocunditas societatis eminentius sit in deo. quia vt dictum est quicquid boni et iocunditatis est in creatura. eminentius est in creatore. et sic patet quod trinitas est in deo. Johannis. v. Tres sunt qui testimonium dant in celo. pater. verbum. et spiritussanctus. Et sic patet secundum ¶ Tercio probatur quod tres persone in diuinis sunt. pater filius et spiritussanctus. Et primo quod ibi sit pater et filius probemus. Nam pater et filius dicuntur relatiue. et ideo probato quod ibi sit pater probatum erit quod ibi sit filius. Circa quod sciendum quod tunc res dicitur perfecta secundum philosophum. quando habet propriam operationem. Est autem duplex perfectio. prima et secunda. Prima perfectio est quando res est perfecta ad esse. secundo quando est perfecta quantum ad operari. In deo autem oportet omnem perfectionem ponere. ergo propriam operationem oportet ibi esse. Est autem duplex operatio vt dicit philosophus. Vna que transit in exteriorem materiam. que non perficit operantem. vt secare et talis non est perfecta nec propria operatio rei. Alia est que non transit in exteriorem materiam. vt intelligere et amare. Et ista est perfecta et propria operatio creature rationem habentis. scilicet intelligere veritatem et velle et amare bonum. Cum igitur deo solum optima et perfecta sint attribuenda. solum iste due operationes vel actiones erunt in deo. scilicet intelligere veritatem et velle bonum per amorem. Nam omnia alia deus facit per solum imperium voluntatis. quia dixit et facta sunt. He autem due operationes sunt naturales deo quia secundum naturam suam sibi conueniunt. nec ab eo separari possunt. quia si deus est. oportet quod intelligat et amet. Propria autem et perfecta operatio patris inquantum pater est vt possideat et generet filium sibi similem. Cum igitur in deo sit perfecta paternitatis ratio. et perfecta paternitas. a qua omnis alia paternitas nominatur. vt dicit apostolus Ephe. iij. oportet quod deus pater generet filium. Isa. vltimo. Ego qui generationem aliis tribuo nunquid sterilis ero. Talis autem generatio oportet quod sit intellectualis. scilicet per intellectum et non carnalis quia generatio carnalis transit in exteriorem materiam. que vt dictum est deo conuenire non potest. Deus ergo intelligendo se generat filium qui vocatur verbum patris. quia cum intellectus inquantum tale. sit perfectio intelligentis. et deus sit sua perfectio oportet quod solum seipsum intelligat et omnia alia in se. et ideo talis relatio que est in deo proprie est intelligens et intellectum. est paternitas et filiatio. et ideo deus inquantum intelligit seipsum est deus pater. et inquantum est intellectus a se est deus filius. Et sic patet quod eiusdem nature et eiusdem essentie est pater et filius. quia deus intelligens et intellectus eiusdem nature et essentie est. Joh. x. Ego et pater vnum sumus. Et quia nullum accidens potest deo inesse. quia aut corrumpet vt febris. aut perficeret vt sciencia. quorum vtrumque est impossibile in deo. ideo oportet quod talis relatio que est inter patrem et filium sit in deo realiter. non. n. in deo relationes sunt assistentes extrinsecus essentie diuine sicut relatio paternitatis in pe-

tro est affixa extrinsecus psone petri. sed sunt ipsa essentia diuina. et ideo relatões in deo scz paternitas et filiatio et spiratõ sunt per se subsistẽtes. et sunt ipe psone diuine. Nam pater et filius et spiritussanctus sunt tres psone subsistentes Et quia deus se ab eterno intelligit. ideo ab eterno generat filium. Ps. Ego hodie genui te. sup. in eternitate. Semp ergo generat filium quia in eternitate non est prius et posterius. Iste ergo filius dei oportet quod sit per omnia equalis patri in potentia et sapientia et in omni re. quia ad perfectõnem patris generantis ptinet vt generet filium per omnia sibi similem et equalem. Quis pater diligit filium sicut seipsum et omne bonum suum libenter daret ei. Unde pater bene complexionatus et pulcer et sapiẽs et in omnibus perfectus libenter generaret vnũ filium talem. et ad magnam perfectõnem pris pertineret si posset talem filiuz generare et ad defectum pertinet quod non potest talem filium generare. Cum igitur deus sit summe perfectus nec in eo aliquis sit defectus oportet quod generet filium per omnia sibi similem et coequalem. Et hoc est quod dicitur. Jo. x. Pater quod dedit mihi maius omnibus est. i. dedit mihi totum bonum suum quod est maius omnibus rebus. ergo deus filius est omnipotens omĩa cõtinens et omnia disponens. sicut deus pater. Sed contra dicitur Joh. xiiij. Pater maior me est. Ad quod dicendum quod veruz ẽ inquãtum fuit homo scz sm naturam humanã quã assumpsit. Et etiam ab angelis fuit minoratus sm naturam. non autem sm gratiam quia etiaz inquantum homo habuit maiorem gratiam omnibus angelis. Ps. Minuisti eum paulo minus ab angelis. s. sm naturam gloria et honore coronasti eum. s. super omnes angelos per gratie et glorie plenitudinem. Joh. j. Vidimus gloriam eius gloriam quasi vnigeniti a patre. Ista rõ quod filius sit equalis per omnia patri ẽ ad populum. quia melius satis potest demonstrari quod filius ẽ per omnia equalis patri. Et quia hunc et omnes alios sermones ad populum facio. ideo aliam rationem ad hoc ponere non curo. Secundo probemus quod in diuinis est tercia persona que vocatur spiritussanctus. Quod sic patet. Quia sicut dictum est sup. quicquid bonitatis et virtutis et perfectõnis ẽ in creatura oportet quod eminentius sit in creatore sicut in cã et in dante. Sed amor in creaturis inter omnia perfecta et virtuosa obtinet primum locum. Nam inter angelos ordo seraphin est supremus. quia denominatur ab incendio amoris dicuntur enim incendẽtes. Inter celos illud supremum est quod denominatur ab igne amoris. s. celum empireum. Inter elementa illud est superius quod assimilatur amori. sicut ignis. Inter virtutes amor obtinet principatum. imo est forma et dans esse omnibus virtutibus. et sine ipsa nulla virtus operatur. vt di. apostolus. j. Cor. xiij. Videmus etiam in inferioribus quod omne agens mouet res amatas. Aliqui diligunt diuitias. aliqui delicias. aliqui honorem et potentiam. et ideo propter ista omnes mundani operantur. Aliqui diligunt deum super omnia. et ideo tales propter amorem dei omnia predicta contemnũt et nudi nudum crucifixum sequuntur in artissima paupertate. Si ergo in creaturis inuenitur amor tam virtuosus vt per eum operantur omnia oportet necessario quod eminentius reperiatur in deo. Cuius ratõ est. quia vnũquodque tanto fortius amatur quanto melius cognoscitur. et quia deus cognoscit se vt infinitũ bonum. ideo summe infiniteque se amat et filium suum. et econuerso filius eodem amore amat se et patrem. Et iste amor vocatur spiritussanctus. qui ab vtroque procedit. nam a patre in filium et a filio in patrem. Et iste spiritussanctus siue amor oportet necessario quod sit tercia persona in trinitate. Quod sic patet. In nobis amor est accidens. quia potest adesse vel abesse. in deo autem vt dictum est nõ põt esse aliquod accidens. Unde oportet quod omne quod est in deo sit subsistens vt verus deus. quia omẽ quod est in deo est deus. Cum ergo hoc probatum sit. quod in deo sit amor. oportet quod talis amor nõ sit accidens sed per se subsistẽs. Ad hoc autem quod aliquid per se subsistat in rationabili et intellectuali creatura accipit nomẽ persone. Nam persona est rationalis nature indiuidua substantia. Indiuidua autez substãtia per se subsistit. et ideo spiritussanctus cum per se subsistat indiuidua natura est tercia in trinitate persona. Ulterius iste spũssanctus oportet quod sit eiusdem essentie et nature cũ patre et filio. Cuius ratio ẽ. quia natura amoris vnire ẽ. Nam trãsfert amantem in amatũ. vt di. Dyoni. et Aug. Si ergo amor qui ẽ in nobis hãc virtutem habet. multomagis amor diuinus ergo spũssanctus qui est amor patris ad filiũ et filij ad patrem vnit patrem cum filio in ea-

dem essentia 7 natura. 7 est cũ eisdem in eadẽ essentia 7 natura. ꝓpterea spiritussanctus vocatur vinculum amoris. Et quia in eẽntia dei nihil est quod non sit deus. iõ spiritussanctus cum sit in eadem essentia cum patre 7 filio est verus deus: sicut pater 7 filius. Et sic ptz ꝙ ẽ vnꝰ deꝰ. 7 sint tres ꝑsone. 7 ꝙ iste tres ꝑsone sunt pater 7 filius 7 spiritussanctus. 7 ꝙ iste tres ꝑsone sunt vna 7 eadem essentia 7 ꝑ consequens sunt vnius nature 7 vnius eẽntie. et omẽs tres sunt vnus deus. 7 nõ tres dij. Bene ergo di. apl's. ꝙ ꝑ ea que facta sunt diuinitas dei 7 eius virtus cognoscitur. quia ꝑ rõnes sumptas a creaturis omnia supradicta sᷤ ꝓbata. Et sic patet tercium.

De epl'a sermo de eadem materia. lxv.

Gratia domini nostri hiesu xp̄i 7 caritas dei 7 cõmunicatio sanctispiritus sit semꝑ cum omnibꝫ nobis. ij. Cor. xiij. Tam in euãgelio ꝙ̃ in epistola exprimitur trinitas diuinarum personarum cum suis appropriatis 7 attributis. Nam in euangelio exprimitur persona patris cum suo appropriato. s. potentia que patri appropriatur ibi. Nemo põt hec signa facere que tu fac. ni. fu. de. cum eo. Quia mirabilia facere potentie patris attribuitur. Persona xp̄o filij cum suo appropriato. s. sapientia que filio appropriatur ibi. Scimꝰ q̃a a deo venisti magister. Filius. n. ad docendum nos sapientiam suam venit in mundum vt verus magister. Joh. xiij. Uos vocatis me magister 7 domine 7 bene. sum etenim. Persona aũt spiritussancti cum suo appropriato. s. bonitate que spũisancto appropriatur exprimitᷣ ibi. Spiritus enim vbi vult spirat 7 vo. e. au. Ex magna enim sua bonitate spiritussanctus spirat nobis bona desideria 7 facit nos vocez suam audire. Similiter in verbis ꝓpositis de epl'a hodierna sumptis eedem tres ꝑsone cũ suis attributis exprimuntur. Nam primo exprimitur ꝑsona filij cum attributo scilicet gratia ibi. Gratia enim dñi nr̃i hiesu xp̄i. Gratia enim xp̄o attribuitᷣ. Joh. j. Gratia 7 veritas ꝑ hiesum xp̄m facta est. Secundo exprimitᷣ ꝑsona patris cum suo attributo quod est caritas ibi. Caritas dei. Caritas. n. deo patri attribuitur. j. Jo. iiij. Deus caritas ẽ. Tercio exprimitur ꝑsona spiritussancti cuz suo attributo quod est cõmunicatio suipius. ibi. Et cõmunicatio sanctispũs. Attribuitᷣ. n. cõmunicatio spũisancto. quia ꝑ spiritumsanctũ om̃e bonum cõmunicatur nobis. Unde apl's postq̃ꝫ multa bona enarrauit data nobis ꝑ spm̃ sanctum ꝯcludit. hec ãt op. vn. at. i. s. di. sin. ꝑ vult. j. Cor. xij. Uerum quia trium ꝑsonaruꝫ est vna eẽntia 7 per consequens vna virtus 7 vna operatio. ideo omnia supradicta 7 oĩa alia quelibꝫ trium ꝑsonarum operatur nihil enim vna operatur quod alia non operetur. Aug. Indiuisa sunt opera trinitatis. Joh. v. Quecunqꝫ pater facit hec 7 filius similiter facit. Et iõ ad hoc ostendendum apl's ait. Gratia dñi nostri hiesu xp̄i 7 caritas dei 7 cõmunicatio. s. s. fit 7 non dicit sint. vt ostendat ꝙ hec omnia ab vna virtute procedant. Uñ Aug. di. ꝙ incarnatõnem xp̄i tota trinitas operata est. tñ soli filio attribuitur. 7 solus filius dicitᷣ incarnatus. Jo. xiiij. Non credis ꝙ ego ĩ patre 7 pater in me est. philippe qui videt me videt 7 patrem meum. Sed omnipotentia appropriatur patri ne ꝓpter antiquitatem tẽporis credatur impotens. sicut apud nos senes sunt impotentes q̃uis filius 7 spiritussanctꝰ similiter sint omnipotentes. Et sic est de alijs Nam filio appropriatur sapientia ne propᷣ iuuentutem credatur insciꝰs. Et spiritui sancto appropriatur bonitas ne ꝓpter abundantiam spũs 7 virtutis credatur minus piꝰ 7 bonus. sicut apud nos esse consueuit. De istis g̃ sex. s. tribus appropriatis 7 tribꝫ attributꝫ erit sermo presens. Nam in p̃nti sermone de vnitate eẽntie 7 trinitate ꝑsonarum dicendum ẽ Primo ergo de appropriato patris dicamꝰ quod est potentia. Circa quod sciendum ꝙ tripliciter deus pater est omnipotens. 7 om̃ia põt. Et si multa dicatur non posse. hoc non est ex defectu potentie eius. Sed ex quatuor contingit. scꝫ ex defectu rei vel ex impossibilitate eius quod dr̃ non posse. vel ex eo ꝙ talis potentia ex impotentia procederet. vel ex eo ꝙ talis potentia defectum in deo poneret quod est impossibile. Primo deus omnipotens dicitur aliquando non posse aliqd ex defectu rei. Sic non potest facere ꝙ ego sum in pluribus locis in eodeꝫ tempore quia non est passiua potentia in me ad hoc recipiẽdum 7 ꝑ hunc modum dicitur ꝙ deus non potuit maiorẽ g̃raꝫ neqꝫ pl'es ꝯferre hr̃e ma-

rie q2 ẜm conditõez sue nature nõ fuit capax maioris gratie neq3 plurium. Exemplum de vrceo pleno aqua in quem quis non põt mittere plus quia vrceus non põt plus recipere. Similiter papa non posset facere vnam feminam epm neq3 vnum iudeum. quia in vtroq3 non est potentia passiua ad recipiendum ordines. Secundo deus omnipotens dr̃ nõ posse aliquid ex impossibilitate rei sed ex eo ꝙ illud non est possibile. sic non põt facere ꝙ aliquod preteritum non fuerit puta ꝙ ego ñ fuerim natus. vel ꝙ contradictoria sint simul vera. vł ꝙ ego sim homo ⁊ asinus simul. vł ꝙ corrupta sit virgo. ¶ Tercio deus omnipotens dicitur non posse aliquid eo ꝙ illud faciendo deficeret ⁊ talis potentia ab impotentia ꝓcederet. sic deus non potest peccare quia peccare est deficere a regula ratõnis ⁊ peccatum ē quidam defectus rõnis. Unde Augu. di. ꝙ peccatum nihil est ⁊ nihil fiunt homines cum peccant. Et Boe. di. ꝙ homines iõ peccant quia in efficientia boni stare nõ possunt Exemplum de cadente qui ideo cadit q2 non potest se tenere. Et ẜm hunc modum dicitur. ꝙ deus non posset vnum sanctum hominem ad infernum condemnare. quia condemnare innocentem est magnum peccatum. Uñ petrus de tharẽthasia d. ꝙ deus posset trahere iudã de inferno. sed non posset emittere petr3 de paradiso. ¶ Quarto deus omnipotẽs dr̃ non posse aliquid ex eo ꝙ talis potentia poneret defectum in deo. ⁊ ẜm hunc modũ deus non potest esse corpus. nec potest aliquam penam pati in sua natura nec potest esse ignorans. nec potest aliquam mutatõnem recipere. Et ideo non potest predestinatos ad vitaz eternam mittere ad infernuz nec prescitos ad infernum mittere in paradisum. quia sequeretur ꝙ deus mutaretur in proposito quod est impossibile. Nume. xxiij. Non est deus vt homo vt mentiatur. nec vt filius hominis vt mutetur. Unde simpliciter deus posset predestinatos damnare ⁊ prescitos saluare. Sed considerando ꝙ sunt predestinati vel presciti nõ posset. Si ergo volumus ꝙ omnipotẽtia dei manifestetur in nobis ista quatuor remoueamus a nobis. quia vt dictum est. dei potentia hec quatuor non valet efficere ¶ Primo amoueamus a nobis defectum capacitatis et extendamus nosipõs ad maiora. ⁊ tunc deus dabit nobis maiorez gratiã. Apoc. xxij. Qui sanctus est sanctificetur adhuc. Sed si volumus semper stare in modico bono quod facimus. deus non potest nobis dare maiorẽ gratiaz. quia nõ sum⁹ capaces. Hiere. xxij. Scribe virum sterilem istum. qui non prosperabit in diebus suis. Job. xxix. In nidulo meo moriar. Isa. iiij. Panem nostrum comedemus ⁊ vest. n. o. tantũmodo inuocetur super nos nomen tuum. Satis videtur multis ꝙ viuãt de suo. ⁊ ꝙ signent se de mane ⁊ vtinam se bene signarent. Contra tales dicit Apoc. iij. Utinam esses frigidus aut calidus. sed quia tepidus es ⁊ nec frigidus nec calid⁹. incipiã te euomere ex ore meo. Exemplum deus facit vt natura que membro operanti dat virtutem ⁊ ñ operanti retrahit. Unde fabri habent fortiora ⁊ meliora brachia. scriptores meliores oculos. cursores fortiora ⁊ meliora crura. Itẽ facit sicut rex qui dat feudum militi ⁊ si prudenter agit dat ei castrum. propterea dicit apłus Philip. j. Hoc oro vt caritas vestra magis ac magis abundet in scientia. ⁊ in omni sensu. ij. Cor. ix. Potens est deus omnem gratiam abundare facere in vobis vt abundetis in oẽ opus bonum. ¶ Secundo ammoueam⁹ a nobis impossibilitatem. vt si volumus amici dei fieri in hac vita. non simus amici seculi huius quia ista sunt contraria ⁊ impossibilia. naz de⁹ mandat ꝑ hiere. aliena non rapere. ꝓpria largiri. vana non appetere corp⁹ macerare. Mũdus autem omnium contrarium docet. naz ꝓ alapa reddet vulnus. ꝓ vulnere mortem. inimicos expellit. bona eorum aufert. pauperibus non benefacit. ẜ decorat ipos. honores summopere querit. ⁊ ventri vt deo seruit. Phili. iij. Quorum deus venter est. Et ideo impossibile est eẽ amicos dei ⁊ mundi. Jac. iiij. Adulteri nescitis quia amicicia huius mundi inimica est dei. quicunq3 ergo voluerit amicus esse huius seculi inimicus dei cõstituitur. Eccł. ij. Ue peccatori ingredienti terram duabus vijs. Impossibile est ergo esse cum deo ⁊ cum mundo. Luc. xj. Qui non est mecum contra me ē. ⁊ qui non colligit mecum dispergit. Tercio amoueamus a nobis impotentiam resistendi peccatis. quia omnipotentia dei cum tãta impotentia stare non potest. ⁊ quid prodest dominari hominibus. ⁊ regere ciuitates. ⁊ vnivili temptatõni non posse resistere. ⁊ vnum motum non posse refrenare. Prouer. xuj. Melior ē patiens viro forti ⁊ qui dñatur aĩo suo

expugnatore vrbium. Boet. Uide quanta sit maiorum impotentia. vt nūq̄ ad id quod desiderant possint venire scʒ ad pfectum bonum. Et ideo si volumus ꝙ dei potentia habitet in nobis. resistamus mūdo. carni. ⁊ dyabolo. Jaco. iiij. Resistite dyabolo ⁊ fug. a vo. ¶ Quarto amoueamus a nobis id quod ponit defectum ī deo. s. falsam fidem quia fides exterarum nationum ponit magnum defectum in deo ⁊ falsitatem. cum dicat eum eē solum. cum ipse sit trinus. cum dicat ipm̄ esse solum deum. cum ipe sit deus ⁊ homo. Habeamus ergo veram fidem que credit deum sicuti est. Hebre. x. Accedamus cum vero corde in plenitudine fidei aspsi corda a conscientia mala ⁊ abluti corpus aqua munda teneamus spei nostre confessionez indeclinabilem. Jo. xj. Qui credit in me. ⁊ si mor. fu. vi. ⁊ omnis q̄ vi. ⁊ cred. in m. n. m. in eter. Ecce magna oīpotentia de mortuis viuos facere ⁊ a morte perpetua conseruare. Et hoc iō qꝛ defectū fidei non habemus. Si ergo volumus ꝙ deꝰ p suam potentiam habitet in nobis extendamus nos ad maiora. non simus amici huiꝰ seculi. resistamus peccatis ⁊ habeamus veram fidem. ⁊ tunc in deo omnipotenti erimus valde potentes. ⁊ mirabilia faciemus. Joh. xiiij. Qui credit in me opera que ego facio ⁊ ipse fa. ⁊ ma. ho. facit. Et sic patet primum. Secundo de quodam attributo patri dicamus: quod est caritas. Et nota hic differentiā int̄ appropriata attributa ⁊ propria quia appropriatum ita appropriatur vni persone quod non alteri. vt potentia solum patri. sapientia solum filio. ⁊ bonitas solum spūisancto. Sed attributa sunt cōmunia essentie diuine ⁊ attribuūntur vni persone sicut alteri. vnde caritas ita attribuitur patri sicut filio et spūisancto. Et idem est de gratia ⁊ de cōmunicatōne. ⁊ d̄ omnibus que de essentia diuina predicant̄. q̄ quasi sunt infinita. Propria vo sunt que ita conueniūt vni psone ꝙ nullo modo alteri. vt gigni filio. ⁊ gignere patri ⁊ procedere spirituisancto. Sic ergo caritas attribuit̄ deo.

Circa quod sciendum ꝙ maxima caritas dei ad hominē q̄ntum ad quatuor demonstratur. Primo ꝙ filium suum hominē fieri constituit ⁊ naturam hūanam tanq̄ in sponsam sibi accepit. Jo. j. Uerbum caro factum est. Unde cantamus. Hodie celesti sponso iuncta ē ecclia. Ecce mirabilis amor quia imperator diues. potens. sapiens. pulcer. ⁊ eternus accepit pauperculam inualidā. fedam. insipiētem. ⁊ morti condemnatā. Hebre. ij. Nusq̄ enim an. appre. sed semen abra. ¶ Secundo in eo ꝙ eundem filium postq̄ carnem assumpsit. fecit. xxx. annis seruire. p homine erudiendo ⁊ informando in luto penalitatum humane nature. ⁊ tandem p ipo redimendo constituit eum mori. Joh. iij. Sic deus dilexit mundum vt filium suum vnigenitum daret. s. ad mortem. Hic cadit exemplū de paulino epo nolano. qui p filio vidue liberādo iuit ad africam. ⁊ factus est seruus. Quere in dyalogo Greg. ¶ Tercio in eo ꝙ homines sibi in filios adoptauit ⁊ fratres xpi. j. Jo. iij. Uidete qualem caritatem dedit nobis deꝰ. vt filij dei nominemur ⁊ simus. ¶ Quarto in eō ꝙ homines sic redemptos ⁊ ī filios adoptatos heredes regni fecit insimul cū filio suo hiesu xpo. Ro. viij. Filij dei sumus si autem filij ⁊ heredes. heredes quidem dei. coheredes aūt xpi. Si ergo volumus ꝙ caritas dei maneat ī nobis attendamus ad ista quatuor. ¶ Primo vt naturam nostram sic exaltatam ⁊ magnificatam in suo honore conseruemus. s. in honore virtutum. qꝛ honor ꝓm pħm. ē reuerentia exhibita in testimonium virtutis. Phil. iiij. Sic state in domino carissimi. Honor mundi est falsus honor. quia est honor pannoꝝ ⁊ equorum ⁊ domicellorum. Hic cadit exemplum de illo qui osculabatur pannos suos. qꝛ propter eos honorabatur. Secundo vt informatōem quam xpc fecit nobis retineamꝰ. Jo. xiiij. Qui habet mādata mea. ⁊ seruat ea hic est qui diligit me. Et ipm̄ p nobis redimēdis mortuum non amplius morti exponamꝰ. quod facimus dum peccamus. Hebreo. vj. Rursum cru. sibimet. fi. dei. ¶ Tercio vt filij adoptiui in adoptōne filiorum dei viuamus quod facimus dūm ꝓm spiritum viuimus et non ꝓm carnez. Ro. viij. Qui spiritu dei agūtur hi filij sunt dei. Ibidem. Debitores sumꝰ non carni vt ꝓm carnem viuamus. si. n. ꝓm carnem vixe. mo. si autem spū. fac. car. mor. viuetis sup. in adoptōne filioꝝ. Quarto vt temporale gaudium regnum eternum non perdamus. Math. xvj. Si quis vult post me venire. s. ad regnum abne. semet. ⁊ tol. cru. suam. i. renunciet vite carnali ⁊ gaudio mundi: seu tēporali ⁊ agat penitentiam. Si autem hic voluerimus delectari perdemus regnum etnū.

Job.xxj. Ducunt in bonis dies suos. et in puncto ad infernum descendunt. Luce.xxvj. Recordare fili quia recepisti bona in vita tua ZC. Et sic patet secundum. ¶ Tercio de appropriato filij quod est sapientia dicamus. Circa quod quatuor videamus. ¶ Primo quod filius dei per sapientiam suam scit omnia presentia preterita et futura cogitata. et que in celis et que in terris sunt et que esse possunt. Hebre.iiij. Omnia nuda et aperta sunt oculis eius. Prouer.viij. ego sapientia habito in consilio et eruditis inter sum cogitationibus. per me reges regnant: et legum conditores iusta decernunt. Secundo quod filius dei per sapientiam suam est causa omnium rerum que fiunt vel sunt. Sicut enim artifex per scientiam suam est causa forme introducende in artificiatum. ita dei filius per sapientiam suam est causa totius rei. Joh.j. Omnia per ipsum facta sunt. i. per filij sapientiam. Hebre.j. Per quem fecit et secula. ¶ Tercio quod sapientia filij dei multum a sapientia mundi differt. Jaco.iij. Non est sapientia ista desursum descendens. sed terrena animalis. dyabolica. que autem desursum est sapientia. primum quidem pudica est deinde pacifica. modesta. suasibilis. bonis consentiens. plena misericordie et fructibus bonis. iudicans sine simulatione.

vtebatur in tali raptu. vñ in tali raptu anima eius habebat se ad corpus sicut motor ad organũ. Anima enim tunc sua pñtia tenebat corpus ne dissolueret. nõ aũt vegetabat corpus 7 hic modus ẽ patrie. Nõ enim tunc vegetabantur corpa. Et q̃ntum ad hoc fuit miraculũ ibi Unde fuit quasi extra vitam mortalẽ quodammõ. Nec etiã vidit deum sine lumine glie inherente p modũ passionis trãseuntis. Idẽ p omnia fuit i paulo. ij. Cor. xij. Scio hominẽ in xp̃o. sine in cor. si. ex cor. ne. deus scit. raptum hmõi. vs. ad ter. ce. i. vsq3 ad visionẽ trinitatis. Nõ ẽm aliter fuit ad celum delatus. 7 sic patet terciũ. Quarto ostẽdit signa per que apparet q hmõi fructus dilectõis maneat in nobis et sunt duo. Primum signũ quo nos intelligimus q hmõi fructus caritatis. s. in deo manere 7 ipe in nobis ẽ datio spũssancti. i. largitõ donoz spũssancti que deus nobis p spũmsctm donat. Gall. iiij. Quoniã at̃ estis filij dei mi. de sp. s. fi. in cor. ve. cla. ab. pat. Isa. xj. Requiescet sup eũ spiritus dñi. spiritus sapientie et intellectus. spũs scie et pietatis. spiritus ↄsilij 7 fortitudinis. et replebit eum spiritus timoris domini. Quando g̃ ppendimus q hec spiritussancti dona manent in nobis signum ẽ q deus in nobis maneat. et nos in do sed aliter et aliter. quia homo manet in deo sicut in loco pprio qđ sic patet. Res enim a loco pprio quatuor habet. s. quietatõem. vitã. fructificatõem 7 ↄseruatõem. Hec quatuor hõ habet in deo. ¶ Primo quia in deo quietatur 7 in nullo alio. Aug. Fecisti nos dñe ad te. 7 inquietum ẽ cor nr̃m donec requiescat in te. Math. xj. Uenite ad me omnes qui laboratis et onerati estis 7 ego reficiam vos. Joh. xvj. In me pacem habebitis. in mundo autẽ pressurã. Secundo quia in deo viuit. quia ipe ẽ vita. Jo. xv. Manete in me 7 ego in vobis. Siquis in me nõ manserit mitt. foras sic pal. et arescet. Unde qui manet in deo nulla morte moritur sed transit de morte ad vitam vt in p̃cedenti sermone dictũ ẽ. ¶ Tercio qr ĩ deo fructificat ad vitã eternã. quia in deo ẽ radix operũ merẽtiũ vitam eternã. Propt̃ea enim opa nostra merentur vitam eternã. qr in deo facta sunt. Jo. xv. Sicut pal. nõ põt ferre fructum in semet. nisi man. in vi. sic 7 vos nisi in me mana. Quarto qr in deo ↄseruatur sicut enim deus omnia fecit. ita omnia ↄseruat. Grego. Sicut omnia ex nihilo facta sunt. ita in nihilum tenderent nisi manus omnipotentis ea teneret. Propter h̃ petebat Psal. Conserua me dñe quoniã speraui in te. Quia nisi dñs custo. ciui. frus. vigilat qui custodit eam. Sic ergo manet in deo sicut in quietante. viuificante. fructificante et ↄseruante. Sed deus manet in homine sicut naucleru9 in naui. 7 dominus in ciuitate. 7 rex in regno. quia cũ magna diligentia hominẽ in quo manet dirigit. gubernat et ducit ad portã salutis. Tho. v. Ego ducam et reducaz. Isa. xxvj. Omnia opa nostra opatus es in nobis. ¶ Secũdum signum q deus maneat in nobis 7 nos in eo. est testificatio fidei que sequitur a spiritu sancto. qui enim habet spiritum sanctum libere ↄfitetur fidem et testificatur xp̃m. Act. j. Accipietis virtutem supue. s. s. in vos. 7 e. mi. testes in hierl̃m. 7 in omni iu. 7 sa. 7 vsq3 ad vl. ter. Jõ apl̃i postq̃ receperũt spiritũ sanctum publice ↄfitebant̃ quoniã pater misit filium suũ mũdum saluare quẽ prius ḃm humanitatem viderant. Quisquis g̃ ↄfitetur veraciter 7 complete. s. corde ore 7 ope. quoniã xp̃c ẽ filius di p naturam ipe in deo manet 7 deus in eo. alit̃ enim nõ ẽ vera ↄfessio nisi qđ ore ↄfitetur ope adimpleatur. Titũ. j. Cõfitentur se nosse deũ factis aũt negant. Ro. x. Corde credit̃ ad iu∫. ore aũt cõfes. fit ad sal. Talis g̃ fides. s. perfecta ẽ signum manifestũ q deus maneat ĩ homine 7 homo in do. quia deus caritas est. Caritas aũt facit hominẽ manere ĩ deo 7 facit eũ pfecte credere et veritatem testificari et bene opari. Quia vt dicit Grego. amor dei nũq̃ ẽ ociosus. opat̃ enim magna si ẽ. 7 sic patet quartum. ¶ Quinto demõstrat signa perfecte caritatis in nobis. i. quando in nobis est perfecta caritas. Et ponit duo signa. ¶ Primũ est fiducia siue spes apparendi in cõspectu di in die iudicij. pp̃ter spem enim retributionis debemus desiderare diem domini. Philip. j. Cupio dissolui et esse cum christo. Psal. Sitiuit anima mea ad de. fon. vi. &c. Aug. nõ pbatur perfecta caritas nisi cũ ceperit dies domini desiderari. Sed cauendum est valde ne talis fiducia sit presumptio. quia cum spes sit certa expectatio futuroz bonorum ex gr̃a et meritis pueniens. tunc cõuincitur esse p̃sumptio quãdo alterum istorum deest. Si enim homo expectat regnum dei solũ ex gr̃a sibi dari et nõ curat digna penitẽtie opa p̃sumptõ est Cõtra qđ apl̃s. ij. Thimo. ij. Nemo corona.

bitur nisi qui le.cer. Math.iij. Penitentiam
agite appro.e.re.ce. Similiter si ex operibꝫ no
stris tātum credimus iustificari ⁊ letificari pre
sumptio ē. Ro.vj. Gratia dei vita eterna. Ti
tū.iij. Non ex operibus iu. que fecimus nos sꝫ
sm suam mi.sal.nos fecit. Oportet enī ꝙ talē
fiduciā habeamus ex gratia dei. et bonis que
fecimus. Et hoc ē qđ hic dicitur. In hoc est
perfecta caritas dei nobiscum. vt fiduciā ha
beamus ī die iudicij. quoniā sicut ille ē et nos
sumus in hoc mundo.i.tunc ē perfecte carita
tis signum in nobis qñ habemus fiduciaꝫ ap
parendi coram deo.et hoc quare.quia sicut de
us ē sup.perfectus qui solem suum oriri facit
super bonos et malos.⁊ pluit super iustos et
iniustos.ita nos sumus pro modulo nostro ꝑ
fecti.et lumen doctrine et caritatis expenda-
mus super bonos ⁊ malos.⁊ pluuias lacrima
rum fundimus super amicos et inimicos orā
tes.ꝓ ꝑsequentibus et calūniātibus nos. Se
cūdum signū ꝑfecte caritatis ē expulsio timo-
ris.vt quādo quis secure et sine timore viuit.
Circa quod sciēdum ꝙ septeꝫ sunt species ti
moris.s.timor naturalis. humanus. mūdanꝰ.
ſuilis.initialis.filialis.⁊ timor sanctus siue re
uerentie.¶ Primus est timor naturalis quo
timemus naturaliter serpentem vel ensem nu
dum vel ascendere turrim.vel hmōi. Talis ti
mor neqꝫ peccatum neqꝫ meritum habet ⁊ ta
lem timorem nō emittit caritas. quia hoc ti-
more timuit xp̄c vidēs appropinquare cruceꝫ
Mar.xiiij. Cepit ie.pauere ⁊ te.¶ Secūdus
ē humanus.quo homo timet carni sue ne sibi
aliqua molestia inferat.⁊ talis pōt eē peccatū
mortale et veniale. Mortale quādo propter
timorem vulneris vel mortis vel alicuius lesu
re corporalis homo peccat mortaliter. Ioh.
xij. Qui amat animam.i.vitam suam in tantū
ꝙ ꝓ ea conseruanda peccet mortaliter: ꝑdet
eam. Veniale vero ē quādo aliquis timens le-
suram aliquaꝫ corporis peccat venialiter.an
teqꝫ velit eam sustinere. Hunc timorem ꝓut
ē peccatum mortale excludit caritas. Math.
x. Nolite timere eos qui oc.cor. et post hoc ñ
habent amplius quid faci. ¶ Tercius ē mun
danus.quo quis timet ꝑdere bona mundi.s.
diuitias.honores ⁊ talia.⁊ iste similiter potest
eē mortale ⁊ veniale peccatuꝫ. Mortale quā-
do quis propter talem timorem peccat mor-
taliter. veniale quando ꝓpter eundem peccat
venialiter. Ioh.xij. Dilexerunt enī gloriā ho-
minum magis ꝙ gloriam di. Hunc similiter
mittit foris caritas.ꝓut est peccatum mortale
¶ Quarto ē seruilis quo quis abstinet a ma
lo solum timore pene vel principaliter timore
pene.vt quādo vxor nō vult male agere solū
ꝓpter vituperium.⁊ nō propter honorē viri
vel dei.vel quando quis cauet a malo ꝓpter
cōdemnatōnem solum.hunc etiam emittit ca
ritas.¶ Quintus est initialis quo homo cō-
uertitur ad deum.⁊ incipit bene agere ⁊ a ma
lo cauere.talis timor habet duos oculos vel
respectus. Unum ⁊ principaleꝫ habet ad de
um ꝓpter quem agit bona. Alterum habꝫ ad
penam propter quem cauet a malo. Et talis
ē necessarius incipientibꝫ ⁊ redeuntibꝫ ad deū
Prouer.xv. In timore domini declinat om-
nis a malo. Eccl.j.ca. Timor domini expellit
peccatum.nam qui sine timore est non potest
iustificari.hūc similiter caritas perfecta emit-
tit:sed caritas sufficiēs nō emittit euꝫ sed stat
cum eo. Talis timor non est in perfectis viris
¶ Sextus est filialis quo quis cauet a malo
solum ꝓpter offensam dei timens separi ab eo
Talis timor habet oculum solum ad offensā
dei. Hunc timorem nō emittit caritas. immo
stat cum carita. quia talis timor ē ꝑfectorum
filiorum dei. Prouer.xxviij. Beatus hō qui
semper est pauidus. Talis timor ē donum spi
ritussancti. Iob.j. Erat vir ille iustus et rectꝰ
ac timens deum.¶ Septimus est timor san-
ctus siue reuerentie.quo homo cum quodaꝫ
timore pio deum reueretur qui etiam erit in
patria. Psal. Timor dñi san.p.in se.se. Sic ḡ
ꝑfecta caritas omnē timorē excludit ꝑter na-
turalem.filialem et sanctuꝫ. Sufficiēs vero ca-
ritas nō excludit initialem nec humanum nec
mūdanum.ꝓut sunt peccata venialia.⁊ sic pꝫ
quintū. ¶ Sexto ꝯcludendo inducit nos ad
dilectōem dei di. Nos ergo diligamus deuꝫ
quo ipē pri.d.n. Magna inuitatio ad amādū
ē preuenire amanteꝫ. Math.xxij. Diliges do.
de.tu.ex to.cor.t.ex to.a.t.⁊ ex to.mē.t. Augꝰ.
Domine celum et terra mare et omnia que in
eis sunt dicunt mihi vt amem te. Et ista dile-
ctio debet esse ita magna vt etiam ꝓximum ꝓ-
pter deum diligamus. Debemus enī ꝓximuꝫ
diligere in do.et ꝓpter deum.⁊ ideo nō potest
esse ꝙ homo diligat deum et odiat ꝓximum.
quia tātum diligit homo quantum ꝯgnoscit
ꝙ bonum sit.ꝓximus aūt ē bonū magꝭ ꝯgnitū.
Cū ḡ ī ꝓximo sit imago dei ⁊ ꝑ ꝯsequēs deus

cognoscat in proximo sicut in imagine sua. quō diligemus deum quem nō videmus si proximū odiamus in quo relucet imago dei. 7 p hoc in ipō aliqualiter deum cognoscimus. si enim id quod de eo cogoscimus non diligimus quomodo id qd nō cognoscimus diligemus. Nisi forte dicat. Diligo proximum inquantum imago dei ē: sed nō aliter. Dicēdum q talis dilectio sufficit. scȝ q homo diligat proximum inquantum ē imago dei. 7 inquantum deū imitatur. 7 ei obedit 7 in omnibus alijs odiat euȝ. Talis dilectio sufficit. 7 tale odium pōt stare cū dilectōe dei. In proximo eī debemus odire viciū: 7 diligere naturam ac etiam in parentibus. Luce. xiiij. Si quis venit ad me et nō odit patrē et matrē suā nō pōt meus eē discipulus. Et sic patet sextum. Septimo ostēdit q vtraqȝ dilectio. s. dei 7 proximi cadit sub pcepto 7 sine vtraqȝ nō pōt esse salus. vt patet Luce. x. Diliges d. d. t. ⁊c. et proximū tuū sicut teipm. i. mo finis omnis pcepti est dilectio. quia in his duob mādatis vniuersa lex pendet et pph. .j. Thimo. j. Finis precepti ē caritas de corde puro et cōs. bona. 7 fide n ficta. Ro. xiij. Qui diligit proximum legem adimpleuit. Nam nō adult. nō oc. nō fur. non fal. te. di. et si quid est aliō mandatum in hoc verbo instauratur. dilige proximum tuuȝ sicut teipm. Et sic patet totum.

¶ Dominica secunda post tri. de euange.
¶ Sermo ¶ lxviij.

Homo quidā fecit cenam magnam et vocauit mltos. Luce. xiiij. Sicut dicitur Jo. xviij. Xpc venit in mūdum vt veritati testionium phiberet. Ego inquit ad hoc natus sū et veni in mūdum vt testimonium perhibeaȝ veritati. Hec ē aūt patens et lucida veritas. quia deus est in largitate et misericordia copiosus. 7 homo ē multa miseria plenus. Ps. Misericordia dñi plena ē terra. quantum ad pmum. 7 miser factus sum et curuatus vsqȝ ad finem. quantum ad secūdum. Hec aūt duo pfecte in hoc euāgelio demōstrant. In quo quideȝ euāgelio sūmarie tria ptinentur. Primū ē magnificētie diuine bonitatis in magne cene prepatōe. In principio euāgelij. Secūdū ē miseria humane puersitatis in vocatoꝝ varia excusatōe. ibi. Et ceperūt omnes simul excusa. primus dixit. ⁊c. Terciū ē iusticia ptempte bonitatis in abiectoꝝ electōne 7 ptéptorum reprobatōe. ibi. Tūc iratus paterfa. dix. ser. s. Exi. ci. in pla. ⁊c. ¶ Primo ḡ ponit magnificentia diuine bonitatis in magne cene pparatōe. Et hoc est. Homo quidam. i. singularis fecit cenam magnam. Cui singularitas apparet quantum ad quatuor. Primo in natura quia nō solum homo simplex sed de simul et homo. Isa. vij. Vocabitur nomen ei emanuel qd interpretatur nobiscum deus. id est deus simul et homo. j. Thimo. ij. Mediator dei et hominum homo xpc ihs. Secundo in virtute sua qua. s. omnia 7 potēter regit et sapienter gubernat 7 benigne saluat. j. Corin. j. Christum dei virtutem et dei sapientiā. Hebre. j. Portans oīa verbo virtutis sue. Tercio in opatōe. Jo. xv. Si opa nō fecisseȝ in eis que nemo alius fecit peccatum nō haberent. Quarto in sermone. Jo. vij. Nūqȝ sic locut ē homo. Jo. Verba vite eterne habes. Iste inquā hō fecit cenā magnā. i. refectōem eternā suis electis prepauit et vocauit multos. i. mo oīes generaliter: sed mltos vocauit specialiter 7 misit seruum suum. i. ordinē predicatoꝝ vt dicit Greg. hora cene. Cena ē vltima etas mundi in qua sum. 7 in qua mundus finietur. j. Coꝛ. x. Nos sumus in q. fi. se. deue. j. Jo. ij. Carissimi nouissima hora ē. Que etas incepit a passiōe xpi. In hac ḡ hora misit xpc pdicatores dicere inuitatis. s. p legem 7 pphetas. vt venirent ad istam cenam. quia iam parata sunt omnia necessaria et pgruētia ad istam cenam. Ad euidentiā aūt istius prime ptis. et ad edificatōem nrām. nota q magnificentia diuine bonitatis et caritatis quantum ad tria in hac cena demonstrat. ¶ Primo in magne cene prepatōe. quia fecit cenā magnam. ¶ Ubi nota q xpc electis suis duplicē facit seu parat refectōȝ. ¶ Primam parat aīe in pñti que ē refectio grē. Secūdam parat aīe 7 corpi in futuro que ē refectio glorie. De prima refectōne determinat Math. xxij. ca. que vocat prandium que ē refectio pñtis ecclie. Uñ ab illa ille qui nō habuit vestē nuptialem, piectus ē. qr a pñti ecclia multi excluduntur. Hec aūt refectio de qua determinat Luc. vbi supra vocatur cena qr sicut p prandiū cena restat. post cenā aūt nihil amplius ē sumēdum. ita p grē refectōem restat glie delectatio 7 p nihil ampli expectam. quia ibi

omne desideriũ cõpletur. Unde ab hac nul-
lus qui intrauit legitur expulsus fuisse. q2 q̄s-
quis ad hanc cenam semel intrauerit in ppe-
tuum nõ exibit. Math. ḡ determinat de refe-
ctõne gratie que ē ecclesie militantis. Lu. xo
de refectõe glorie. que ē ecclesie triũphantis.
Et quia refectio gratie ē via et ostium ad ce-
nam glie et sine ipa ad gliam nõ puenitur. iõ
primo de ipa dicamus. secũdo de cena glorie
aliquid subiungamus. Prima ē ḡ refectio grē
que est in infusione virtutum. 7 collatõne do-
norum spũssancti. que dant vitam anime. Ec
cl. xv. Cibabit illũ pane vi. et intelle. Hec ē il-
la refectio d' qua di Apoc. iij. Ego sto ad ost.
7 p. si quis ap. m. ꝛc. In hac refectõne xp̄c co-
medit nobiscum. et qđ mirabile ē ipse ē cibus
7 potus istius refectõnis. Joh. vj. Ego sũ pa-
nis viuus qui de celo descendi. Et iteruz. Ca-
ro mea vere ē cibus et sanguis meus vere est
potus. Hec ē ḡ perfectissima refectio. Nam
omnes effectus quos refectio corporalis im-
pfecte habet. hec ꝯplete 7 pfecte habet 7 oẽz
impfectõem excludit. naz refectio corporalis
quatuor facit in homine. Primo nanq3 dele-
ctat: sed cũ fastidio. Naz in saturitate fastidit
Prouer. xxvij. Anima saturata calcabit fauũ
7 anima esuriens etiam amaꝝ p dulci sumet.
Unde isti magnates qui quotidie splendide
epulantur fastidiunt 7 desiderant appetitum.
Sed spiritualis refectio sine fastidio delectat
immo semp dum sumitur auiditatem ingerit.
Grego. Corporales delitie cuz nõ habentur
graue desiderium accendunt. cum xo habite
eduntur comedentem ptinus p saturitatem ĩ
fastidium vertunt. Ecõtra spũales delitie cũ
nõ habentur in fastidio sunt. cum xo haben
tur in desiderio sunt. Eccl. xxiiij. Qui edunt
me adhuc esurient. et qui bibũt me adhuc si.
¶ Secundo nutrit 7 augmẽtat hominem: s3
cum defectu. quia vsq3 ad tempus. Psal. Si
aũt in poté. octogin. an. 7 am. co. la. 7. d. Sed
spũalis nutrit imppetuuz 7 augmentat vsq3
ad celum. Jo. vj. Si quis mã. ex hoc pane vi-
uet ineter. In codẽ. iiij. Aquaz quam ego da
bo ei fiet in eo fons aque salientis in vi. etern.
Hoc figuratum fuit in pane quẽ comedit he
lyas in cuius virtute puenit vsq3 ad montem
dei oreb. iij. Regũ. xix. ¶ Tercio ꝯuertitur in
substãtiam hominis. sed cum sui cõsumptõe.
Sed spiritualis refectio cõuertit hominem ĩ
deum. et non cõuertitur in ipm. Aug. Cibus
sum grandium cresce et manducabis me. nec
tu me mutabis in te sicut cibum carnis tue. s3
tu mutaberis in me. ¶ Quarto satiat. sed cũ
multa iteratione. quotidie em̃ cibus corpora-
lis sumitur. Joh. iiij. Om̃s qui biberit ex hac
aqua sitiet iterum. Sed spũalis refectio semel
sumpta p totam vitam replet hominem. Se
mel em̃ virtutes et dona infusa p totam vitaz
replent hominem et sufficiunt homini. Se-
mel em̃ fuit refecta beata virgo. 7 Johannes
baptista et multi alij et per totam vitam suffe
cit eis. Semel apostoli receperunt spiritum
sanctum in penthecoste. 7 vsq3 ad mortẽ suf-
fecit eis. Cui9 ratio est quia cibus spũalis sem
per manet in homine nisi abijciatur: sed cor-
poralis transit et deficit. Math. xv. Om̃e qđ
in os intrat in ventrẽ vadit 7 in secessum emit
titur. Carissimi sumamus de hac refectõe. q2
nisi prius de hac sumpserim9. ad aliã beatã ce
nã nũq3 puenturi sum9. Hec refectio fuit fi-
gurata in agno paschali qui xp̄i corp9 figura
bat. de q̊ dr̄ Exo. xx. Quicũq3 nõ comederit
exterminabit' aĩa illi9 de pplo dei. Joh. vj. Ni-
si mãducaueritis carnẽ filij hominis 7 biberi-
tis eius sanguinẽ nõ habebitis vitã in vobis.
Ꝟ ve mũdo q2 de hac refectõe tã nobili tã pfe
cta gustare non curat. q̄ delectat sine fastidio.
augmentat vsq3 ad celum. ꝯuertit hominem
in deũ. 7 pfecte satiat semel sumpta. q̄ om̃is sa
poris suauitatem ꝯtinet plus q̃3 manna. Ꝟ qđ
peius ē cũ murmuratoribꝫ filioꝝ isrl' di. Nau
seat aĩa nr̃a sup cibo isto leuissimo Num. xxj
Propter qđ irat9 dñs varijs mortib9 eos in
teremit. Et ex eadez causa mõ deus irascitur
cõtra mũdum. 7 varijs pestilentijs eum ꝯsu-
mit. ¶ Secũda ē refectio glorie. de qua Lu.
hic loquitur quã suis fidelibꝫ dñs faciet in fu
tura. Jsa. xxv. Faciet dñs in monte hoc om-
nibus pplis ꝯuiuium pinguiũ. ꝯuiuiuz vinde-
mie pinguiũ medullatoꝝ vindemie defecate.
Que gloria principaliter 7 eẽntialiter in du-
obus cõsistit. s. in cognitõe veri q̃stũ ad intel-
lectũ. 7 in apprehẽsione boni q̃stum ad volun
tatẽ 7 affectũ. ¶ Primo ꝯsistit in ꝯgnitõe ve
ri. q2 hõ sub lumine glie sibi a deo infuso vi-
debit deũ p eẽntiam. lumẽ veꝝ 7 clarũ in quo
omnia cernunt'. Psal. In lumine tuo videbi-
mus lumen. 7 p ꝯsequẽs omnia sciet 7 cogno
scet. Grego. Quid est quod nesciant qui vi-
dentem omnia vidẽt. Psal. Anima mea co-
gno. ni. Unde 7 phi posuerũt felicitatẽ ĩ ꝯgniti-

one speculabilium τ substātiarum sepatarū que ē quedā ignorantia respectu illius ꝯgnitionis. Et ꝙuis illa cognitio que hominē beatum facit principaliter ꝯsistat in cognitione deitatis. tñ secūdario ꝯsistit in cognitōne humanitatis xpi. vidēdo eñ homo vnitatem et trinitatē dei. et humanitatem xpi erit beatus Joh. xvij. Hec ē vita eterna vt cog. te solum ve⁊ de. τ quē mi. ie. xpm. In eodē. x. Ingredietur et egredietur et pascua inueniet. ingredietur ad deitatem et egredietur ad humanitatem. Et ideo ad cōplementum glorie homīs etiam si homo nō peccasset filius dei incarnatus fuisset. vt dicunt aliqui doctores. Secundo ꝯsistit in apprehēsione τ ꝯiunctōe sūmi boni. quia anima apprehēdet deum. τ ꝑfecte ꝯiūgetur ei. ita ꝙ deus erit ī eēntia anime. Deus aūt ē ꝑfectum τ summum bonum. cui anima sine medio ꝯiungetur. Anima eñ cognoscendo deum ꝑ intellectum in quo omne verum relucet. et apprehēdendo eum per affectum in quo omne bonum ꝯsistit erit beata τ tanta erit delectatio τ gloria in tali apprehēsione et ꝯiunctōe ꝙ cum magno impetu talis delectatio et gloria in corpus redundabit. Psal. De torrente voluptatis tue po. e. Itē Fluminis impetus le. ci. dei. Exemplū si qdꝫ dam cannale aque velocissime currentis deorsum vt doccia molendini. ꝑcuteret ī murū. manifestum ē ꝙ vndiqꝫ redundaret et dispergeretur. sic erit in gloria anime ad corpus. Et qr vnūquodqꝫ accipitur in alio ꝑ modum eiꝰ. vt dicē phs. iō talis redundantia glorie anime in corpus corpaliter recipietur in corpe. i. ſm cōditōnes que possunt corpori ꝯuenire ꝙtum ad omne bonum corporale. quia talis redundantia faciet corpus clarū impassibile. agile. et subtile. j. Co⁊. xv. Seminat᷑ in corruptiōe surget in incorruptiōe. τ talis redūdātia etiā ad omnes sensus ꝑiter diffundetur ita ꝙ qlibet sensus semꝑ erit in actu sue delectatōnis. scꝫ fauces in sapore dulcissimo. Isa. lxv. Serui mei comedent et vos esurietis. i. saporē comestionis habebunt in ore suo. Aures in melodia suauissima. Apoc. xiiij. Vocē quā au. tanqꝫ cith. cith. cith. in cith. s. Ocli ī visu pulcerrimo⁊. s. corpo⁊ gl'iosorum. Isa. lx. Tunc videbitis τ affl. τ mira. τ dila. cor tu. Luce. x. Beati oculi qui vi. que vos vi. Nares ī suauissimo odore qui de corporibus egredietur sanctorū. Apoc. v. Effuderunt phialas suas ple. odo. Et tactus in delectabili ꝯiunctione anime ad deū. ex qua ꝯiunctōe resultabit tanta suauitas et delectatio in toto corpe que dici nō possit. Hec ē illa cena beata. quā deꝰ hō ex immensa clementia sua hominibus preparauit. que nec dici nec cogitari pōt. Isa. lxiiij. ait. Oculus non vi. de. que prepa. expectā. te. Que facit hominē beatum. Apoc. xix. Beati qui ad ce. ag. nupti. vo. sunt. Cui interesse ē ꝑfectum τ summū gaudiū. Berñ. Illud ē verum τ summū gaudium. qđ nō creatura ſꝫ de creatore ꝯcipitur. qđ cū possideris: nemo tollet a te. cui omnis aliunde iocunditas compata meror est omnis suauitas dolor. omne dulce amarum. omne deco⁊ fedū. postremo omne aliud quodcūqꝫ delectare possit molestum

¶ Secūdo monstratur magnificentia diuine bonitatis in multorum vocatōne. quia vocauit multos. Ad hanc eñ cenam milia miliū īmo infinita milia hominū τ angelorum vocauit. īmo omnes ad hanc cenā vocat. Mat. xj. Venite ad me omnes qui laboratis τ o. es. et ego refici. vos. ¶ Vbi nota ꝙ dominus ad hanc cenam tripliciter vocat. Primo vocat omnes generaliter nullum excipiendo. .j. Thimo. ij. Qui vult omnes homines saluos fieri. Actu. x. In veritate cōperi. quia nō ē accep. ꝑsonarum deus: sed in omni gente q̄ timet deum τ facit iusticiam acceptus est illi. Vnde vt hic patet paupes ac debiles cecos et claudos iussit introire. ¶ Secundo vocat specialiter. vt omnes illos quibus bona mundi ꝯfert qui per ista tria genera hominū qui in hoc euangelio se excusauerunt intelligunt᷑ Et hoc ē qđ hic dicitur. ꝙ nemo istorum virorum qui vocati sunt gustabit cenam meā. Omnes eñ isti specialit᷑ vocati fuerūt. Vbi nota ꝙ omnia bona mundi tā nature ꝙꝫ fortune dedit deus homini vt ꝑ ipsa facilius ad cenam illam perueniret. Vñ et dignitas que per villam intelligitur. τ quinqꝫ talenta quinqꝫ sensuū que in hoc euangelio quinqꝫ iuga boum dicuntur. τ diuitie. et vxor omnia sunt adiuuamina ad veniēdum ad istam cenā ſm diuersos status et ꝯditiōes hominum. si homo eis bene vtatur. quia alicui ē vxor in adiutorium salutis. qui sine vxore damnaretur. co ꝙ ꝯtinere non posset. Propterea dicit apostolus. j. Co⁊. vij. Melius est nubere ꝙꝫ vri. Et iterū. Sanctificatus est eñ vir infidelis ꝑ mulierem fidelem. Et simile ē de diuitijs et

de omnibus alijs bonis mundi. Et propterea Boetius dicit. q deus facit sicut bonus medicus qui cõplexiones hominum cernens vnicuiq3 qd ei cõuenit tribuit. Et idcirco omnes isti qui habent bona mundi sunt ad cenã istã specialiter vocati et inuitati. vt in hoc euan. patet. nõ enĩ deus dat ista bona homini ad impediẽdum salutem sed ad melius ꝯsequẽdu3 sed malicia hominum adiutoria dicit impedimenta. vt in hoc euangelio patet. ⁊ iõ nemo virorum illorũ qui ꝑ collatõem taliũ bonorũ specialiter ad cenã istam vocati sunt ⁊ venire contemnunt gustabit istam beatã cenam. Tercio vocat specialissime ex supabundãti grã. sicut vocauit Abraham Moysen et. xij. apl'os q̃s nominatim vocauit. Math. iiij. Uenite post me faciam vos fieri piscatores hominũ. Uocat ĝ oẽs generaliter. ⁊ vult q omnes veniant. Et ad hoc vt omnes veniãt quatuor obseruat. ¶ Primo quia multotiẽs vocat ⁊ nõ solum semel. Et hoc ẽ quod hic dr̃ q ter misit seruũ suum vocare ad nuptias. Nam pmo misit patriarchas ⁊ ꝓphetas. ve. te. qui etiam ad hanc cenam vocauerunt. Secundo misit apl'os ⁊ discipulos in ecclesia primitiua. Tercio mittit ꝑdicatores modernos qui quotidie ad hanc cenam vocare nõ cessant. Et q2 mũdus omnes ꝑdictos predicatores ꝯtempsit ⁊ ꝯtemnit. iõ filius dei hora cene carne indutus humana venit ipse ꝑsonaliter ad vocãdu3 di. Ecce prãdium meu3 parai thauri m. ⁊ al. me. oc. sunt ⁊ omnia pata sunt venite ad nuptias Math. xij. Grego. Uocat deus ꝑ se. vocat ꝑ angelos. vocat ꝑ patriarchas ⁊ ꝓphetas. vocat ꝑ apl'os et pastores. vocat plerũq3 ꝑ huius mundi flagella. vocat aliquãdo ꝑ mũdi huius ꝓspera. vocat aliqñ ꝑ aduersa. Nemo ꝯtemnat. ne dum vocatus se excusat. cũ voluerit intrare nõ valeat ¶ Secũdo vult oẽs homines venire quia ad omnẽ locum ad vocãdum misit ⁊ in ciuitates et extra et ad vicos ⁊ ad sepes. Psal. In omnem terra3 exiuit sonus eorum. Mar. xvj. Euntes in mundũ vniuer. predicate euan. omni creature. Tercio vult omnes venire quia compellit intrare hospites non solum sunt vocãdi sed trahẽdi Nõ aũt vocat deus ad cenã suam sicut florẽtini qui dicunt quare nõ stetissus ad comedẽdum. nõ inuitauit ⁊ dicit quare nõ stetissu sed deus cõpellit intrare. multis nãq3 viam inferni claudit vt redeant ad paradisum. Osee. ij. Sepiam viam tuam spinis ⁊ sepiam eam macena. Ubi dicit Greg. Uie nr̃e spinis septe sunt qñ in hoc quod male cupimus dolorum punctões inuenimus. Uie nr̃e maceria sepiũtur cum desiderijs nostris dure in hoc mũdo obiectiones resistunt. Multi enĩ vinculo egritudinis ligantur a dño ne possint facere qd ñ dec3. Sen. Infirmitati mee grãs ago que cogit me nõ posse quod nõ debeo velle. Persecutores etiã multos cogunt ire ad deu3. Exo. xij. Urgebantq3 egiptij filios isrl' egredi velociter de egypto. Multos etiam tribulatõnibus ad se trahit. Cantic. j. Trahe me post te. Ubi dicit Bern. Trahimur cum temptatõnibus ⁊ tribulationibus exercemur. Osee. xj. In funiculis adam traha3 eos in vinculis caritatis. Multi enĩ timore periculi ad deserendum mundum mouentur et religione3 intrãt Aug. Felix necessitas que ad meliora cõpellit. In multis dominus misericorditer agit in quos seuire videtur. Aug. Excessi omnia legitima tua. nec euasi flagella tua. nam tu semper aderas misericorditer seuiens et amarissimis aspergens offensionibus omnes illicitas iocunditates meas. Omnes illos cõpellit dominus intrare. Et sic cõpulit paulum. qui ꝓstratus ad terram et excecatus conuersus est. Sic compulit filium ꝓdigum. qui fame compulsus ad patre3 rediijt ¶ Quarto vult omnes venire. quia valde irascitur his qui se excusauerunt multi gaudent si inuitati nõ veniunt: s3 deus valde irascitur his qui venire cõtemnũt ⁊ penas eternas eis minat'. Mathei. xxij. Rex aũt cum audisset iratus est et missis exercitib9 suis ꝑdidit homicidas istos. Tercio mõstratur in hac cena magnificentia diuine bonitatis. q2 ad hãc cenã oĩa sunt pata. H patet q̃tũ ad. viij. Primo q2 xp̃c ductor nr̃ iã ascẽdit ⁊ penetrauit celos vt faceret nobis viã. ⁊ locũ etia3 ꝑpararet. Joh. xiiij. vado pare vo. lo. ⁊ si abie. ⁊c. vt vbi ego sum et vos sitis ¶ Secundo q2 medicine sunt ꝑfecte sc3 sacramẽta eccl'ie ad oẽm infirmitatẽ delẽdam ne aliq̊s ꝑ ĩpotẽtiã excuset'. Sap. ix. Per sapientiã tuã sanati sũt. Tercio q2 dyabolus hũane nature inimic9 q̃ nos oẽs capiebat in via ẽ capt9. ⁊ in infernũ missus. ne nos aliq̊s timor retrahat. Jo. xij. Nũc ꝑn mũdi h9 eijcie. fo. Apoc. xx. Uidi ãgelũ descẽdẽtẽ de ce. ha. cla

nem abyssi et cathenam magnam ī manu sua ⁊ apprehēdit draconem serpentem antiquū. qui ē dyabolus ⁊ sathanas. ⁊ ligauit eum per annos mille ⁊ misit eum in abyssum. Quarto quia aptum est celū. qd ab initio steterat clausum vbi hec cena celebrat. Luce. iij. Ihu baptizato et orante aptum ē celum. Quinto q2 via ē abbreuiata que recto tramite ducit ad celum. Olim autem magnum circuitum faciebat vadens p infernum. ⁊ iō illi antiqui in mille annis et vltra puenire nō potuerunt. Sed mō illuc vna hora puenit. Luc. xxiij. Hodie me. eris in padiso. Sexto quia virtus peccati ē diminuta que aggrauabat ⁊ debilitabat ne p viam cene incedere valerem⁹. Ro. vj. Uetus homo noster simul crucifixus ē vt destruatur corpus peccati. i. pgeries ⁊ virtus peccatoꝝ. Septimo quia mors ē dstructa que nos ad inferos demergebat. j. Corin. xv. Ubi est mors vi. tu. absorpta ē mors ī victoria. Quia p mortem imus ad vitam. ⁊ nō descendimus ad inferos sed ad celos. Octauo. quia spūssāctus in hac etate in magna copia datur. quia ista cena nos dignos facit. Joh. vij. Nondū spiritus erat datus. quia nōdum ihs erat glorificatus. A spiritusancto mirabiles et innumerabiles grē emanant nos pducētes ad illā cenā. j. Jo. j. De plenitudine eius nos omnes accepimus grām, p gratia. Bene ḡ di. omnia sunt pata venite ad nuptias. Solum vnū restat. s. vt man⁹ lauemus ab opibus mortuis. ij. Coꝛ. vij. Emūdemus nos ab omni iniquitate carnis et spiritus vt. s. mūdi intremus ad cenam istam. Et sic patet primum.

.2. Secundo ponitur miseria humane peruersitatis in vocatorum varia excusatōne. quia ceperunt simul omnes se excusare. Naz prim⁹ dixit villam emi ⁊ necesse habeo exire et videre illam. Per villā vt dicit Aug. terrena damnatio dsignatur. Est autē iste primus reprehensibilis atq3 stultus vt ex sua responsione patz q̄3 tū ad sex. ¶ Primo quia rem v. lem et puam accepit. s. villam. ⁊ p̄ciosam et magnam spreuit. s. cenam beataz. Dimisit ḡ regnū magnū et accepit villam puam. Potius voluit ī villa pua dn̄ari ad tempus q̄3 in ppetuū regnare in celo. Totus mūdus ē parua villa respectu celi. imo punctū vnum. vt dicunt astrologi. ⁊ quelibet stella ē maioꝛ tota terra. mūdus ḡ totus et omnia bona mūdi sunt nihil respectu celi et bonoꝝ ei⁹. ¶ Secundo quia impedimentum salutis sue carissime emit. villaz quidem emit. ⁊ quāto precio ipsam emit certe animam pro ipsa dedit. nonne videmus hoc tota die. naz p dignitatib⁹ ⁊ diuitijs homīes dant anīas suas dyabolo. Nonne lucifer ob ambitum dignitatis piectus ē in infernum. et primi pentes expulsi sunt a paradiso. Nōne absalon voluit īterficē prē3 vt regnet. Nōne totus mundus perijt tota die et vnus psequitur alium ob ambitum dominij. Dominiuz ḡ ē impedimētum humane salutis dum p ipo habendo anima perditur qd ē valde stultuz Math. xvj. Quid prodest homini si lucrifaciat vniuer. mūdum anime xo sue detrimen. patia. ¶ Tercio quia dum dn̄im adipisci desiderat in seruitutem incidit valde magnaz. Et h̄ ē quod hic dicit. Necesse habeo exire. Nō eī dicit volo exire: s3 necesse habeo exire. Et vere ita ē vt boetius pbat. Jlle qui vult dominari. opoꝛtet q sit seruus multoꝛum seruoꝛum. et in manibus multoꝛum seruoꝛum fit situs quia nihil pōt ipse inferre alijs qd alij versa vice nō possint inferre sibi. Et sepe sic videmus dominos a seruis expulsos ⁊ interfectos Boe. O p̄clara potentia que nec ad sui pseruatōe3 satis efficax inuenitur. Que est igitur hec potestas que solicitudinu3 morsus expellere que formidinū aculeos vitare nequit. Ac qui voluissēt ipi dixisse securi sed nequiuerūt an tu potente3 censes qui quos terret ipe pl⁹ metuit. qui vt potens esse videatur in seruientiam manu situs est. Uere in maximo timore viuunt domini. ¶ Quarto quia du3 cure alterius. s. ville empte intendit. negligentiā magnam circa ppria incurrit. Et hoc ē quod di. Necesse habeo exire. s. a mei cura et intendere cure ville empte. Jta euenit ad literā. Naz isti qui dominantur intendunt cure alioꝛu3 ⁊ seipos negligunt. Sunt eñ valde soliciti multiplicare possessiones. meliorare castra. discere leges. prudenter alios regere. vt dominentur. et de sua salute penitus nihil curant. et iō totaliter exeunt a seipis et alijs vacant. ppterea stulti merito sunt censendi. Prouer. xvij. Oculi stultoꝛum in finibus terre. prudētis aute3 oculi in capite suo. tota die querunt facta aliena et sua non intuentur: Contra quos dicitur Luce. iiij. Medice cura teipm. ¶ Quinto quia post emptōnem villam videre voluit. quam ante debuerat diligenter considerasse. vnde ait villam emi. ⁊ ne. h. vi. il. Prouer. vi.

cōsiderauit agrū. et c. il. Si enī hō considera-
ret cōditiones dominij et dignitatis nūcq̄ emeret. ¶ Et primo si cōsideraret ipsius breuitatē. Eccle. x. Omnis potētatus breuis vita. Allexander regnauit. xij. annis et mortuus ē Et omnes imperatores et reges et pape mortui sunt et modico tpe regnauerūt. Ad cuius breuitatē ostendēdam erat ɔsuetudo in quodam regno. q̄ qn̄ rex coronabat' veniebāt artifices petere ab eo vbi vellet sibi sepulchrū edificari. Secūdo si ɔsideraret eius pericula et anxietates. Quia vt. d. Boe. Plena ē exemplorū vetustas. plena est p̄sens etas quāri reges felicitatē calamitate ɔmutauerūt. Vñ quidā rex terrorē et periculū regni ense supra verticē filo pēdēte similauit. vt ibidē boe. d. Refert maximus valerius q̄ quidā rex dum coronaret' accipiens coronā dixit. O nobilē magisq̄ felicē coronam quam si quis cognosceret q̄ multis periculis et solicitudinibus sit plena. nec humi iacentē tollere vellet. Tercio si consideraret ipsius īmanitatem. quia quanto altior est status. tāto grauior ē casus. Fortuna aūt vt. d. Boe. pernitiose ludit cū dominijs vnde ait. Hūc cōtinuū ludimus ludū rotam volubili orbe versamus. summa infimis. et infima summis mutare gaudemus. Et premittitur q̄ si nec retineri ex arbitrio potest et calamitosos fugiēs fac. Quid ē aliud fugax iste q̄ future quoddā calamitatis indicium. Abijce itaq̄ atq̄ spne pernitiose ludentem. s. fortunam. q2 infelicissimū genus infortunij est fuisse felicem. vt idem. d. Exemplū in magnū precipitiū cecidit lucifer et magnā ruinā fecit. q2 in magno statu fuit. et similiter primi parentes. Si turris cadat magna ē ruina. Si cadat domūcula nulla est ruina. Sexto ostēditur reprehensibilis. quia de re tam care empta modicam vtilitatem habuit. Et hoc est quod. d. Vidē istā. Nō. d. gaudere vel possidere istā sed videre. Et ita est vere. Quid habet dominus plus q̄ milites et domicelli de oībus castris et terris. et de omnibus suis bonis. Eccle. v. Ubi multe sunt opes multi sunt q̄ comedūt eas. et quid pdest possessori nisi q̄ cernat diuitias oculis suis. omnes sumus hic p expensis. j. Thimo. vj. Nihil intu. in hunc mundū. nec aufer. quid pos. Job. j. Nudus egressus sum de vt. ma. m. nu. re. il. Tantū habet plus dominus q̄ famuli. s. multam solicitudinem et afflictionem animi. et cū isti dormiunt iste non potest dormire. Eccl's. v. Dulcis est somnus operanti siue multū siue parū comedat. saturitas autē diuitis non sinit eū dormire. ¶ Secundus vero dixit. Iuga boum emi quinq̄ et eo probare ista. habe me excusatum. Scdm Aug'. Iuga boum quinq̄ q̄nq̄ sensus intelligunt'. q2 sicut iuga boum sunt duplicata ita et sensus. nā sunt duo oculi due aures. lingua et palatum ad gustum. et due fauces. et due manus q̄bus maxime fit tactus vel voluptas carnis interius et exterius in q̄ maxīe viget tactus. tūc nāq̄ quinq̄ iuga boū emunt'. s. aīam dyabolo p eis dādo. qn̄ p exercitatōe et i exercitatōe q̄nq̄ sensuū homo deserit iudicium rōis et ɔtra deū agit. siue exerceat sensus p ɔgregandis diuitijs. siue pro vtēdis delicijs. siue pro sciendis et experiēdis rebus. quod ad iudicium curiositatis pertinet Curiosum ē enī velle scire et experiri naturas rerum. mores hominū et fortunā mundi. Eccle. vij. Deus fecit hominē rectū et ipse infinitis se miscuit questionibus. Et hoc vanitas est et afflictio spiritus Sed homines miseri tota die in exercitatōe sensuū volunt esse. et quinq̄ iuga boū pbare. nam oculos exercitāt in pulcris aspectibus. aures in cantilenis suauibus et melodijs. gustū in bonis saporibus. odoratum in diuersis odoribus. tactū in voluptate carnis. Similiter eosdē pbant et exercitāt p acquirēdis diuitijs et sciendis rebus. Et sic dum iugo xpi qd est suaue nolūt subesse subsunt et portāt iugū mundi qd ē durū. et q̄nq̄ iuga cōtinet. Job. vj. Qui timet pruinā irruet super eū nix. Quia vt di. Aug'. Qui subest iugo xpi. omnia subsunt ei. et p consequēs q̄ nō subest iugo xpi. subest q̄nq̄ iugis mūdi et omniū est seruus. Et sic patet q̄ tripliciter p bant' et exercitāt' sensus. s. p cōgregādis diuitijs p vtēdis delicijs et p sciēdis rebus. p q̄r exercitatōe et delectatōe homo negligit ad illam beatam cenā venire. et ɔtra deū et animā suā agit. qd est valde detestabile. Prouerb. xxx. Per tria mouet' terra et quartū sustinere nō pōt. per seruū cum regnauerit quod tunc ē qn̄ spiritus tumēs erigit se ɔtra deū q̄ fecit illū. p stultū cū saturatus cibo fuerit quod tūc ē qn̄ corpus sat' pteruit in dn̄m. s. i spūm gubernātē. p odiosā mulierē qn̄ in matrimoniū assūpta fuerit qd tunc ē qn̄ hō repudiata rōe cōiungit' sensualitati et ipsius īperio regitur sicut brutū. Quartū est qd sustinere nō pōt cum

ancilla heres fuerit dñe sue.i.cū caro oīa bona hoīs possidet tā͡q̄ heres.quod tūc est cuꝫ hō oīa operat̄ ꝓ carne fouēda ⁊ delectanda ⁊ de aīa nihil curat. que dēt tā͡q̄ dña omnia hoīs bona iure hereditario possidere. Job. xxiiij. Pauit enī sterilem ⁊ que nō parit ⁊ vidue nō bene fecit. Sterilis est caro que nullū fructū facit nisi vermes ⁊ putredinē. Vidua ē aīa peccatoꝝ ꝑ peccatū celesti sponso viduata ⁊ ab eo sepata. Terciꝰ dixit vxorē duxi ⁊ iō nō possum venire. Iste falsum dixit ⁊ verum dixit. Falsum dixit q̄ntum ad bonos et ratione vtentes. Nā vxor ꝓpt̄ tria datur viro. Primo ꝓpter sobolē generandā ⁊ nutriēdam. Gene.j. Crescite ⁊ mul. ⁊ re.t. Secūdo ad fornicatōem vitandā.j.Corin.vij.ꝓpt̄ fornicationē vnusquisq̄ꝫ.s.vx.ꝛc. Tercio in adiutoriū rei familiaris. Gene.ij. Nō est bonū hominē esse solum fa.ei ꝛc. Omnia ḡ ista nō sūt impedimenta ad introitū regni sed adiuuamina.vnde Augꝰ.di.q̄ celibatus iohānis bap. nō prefertur nuptijs abrae. Veruꝫ aūt dixit q̄ntū ad hoīes bestiales qui sicut bestie ī vxore nō querunt nisi delectatōem carnis. ⁊ sicut bestie stāt cum eis. Greg. Quid ꝑ vxorē nisi voluptas carnis accipit̄ nam q̄uis bonū sit ꝯiugiū ⁊ ad ꝓpagandū sobolem diuina ꝓuidentia ꝯstitutū. nōnulli tñ nō fecūditatē prolis sed de.īdenū expetūt voluptatis. Et idcirco ꝑ rem iustā significari pōt non īmerito res iniusta. Veruꝫ ergo dixit ꝓ maiori parte q̄r vt.d.aplus.j.Corin.vij. Qui cū vx. est co.q̄ sunt mū.q̄.pla.vx. ⁊ di.ē.s.ab ope spirituali. Et similiter vx.co.que sunt mūdi.quo.pl.vi. Periculosa ḡ res ē valde mulier. Est enī fortissimū glutē ad capiēdū ⁊ retinēdū. ⁊ iō fortissimi q̄ꝫ dvicti sūt ea. Et q̄s ē scior dauid.q̄s sapiētior salomōe q̄s fortior sāpsone. Eccle. vij. Inueni amariorē morte mulierē laq̄ꝰ venatorū est. vincula sunt manus illiꝰ. Osee.v. Nō dabūt cogitatōes suas vt reuertant̄ ad dñm.spūs enī fornicationū in medio eoꝝ est. Et iō iste dixit. Vxorē duxi ⁊ nō possum venire. Sūt etiā vxores nostri tpis ⁊ nostre patrie maximū impedimētū regni viris suis.nō solū q̄ntum ad cōcupiscētiā.sed etiā q̄ntuꝫ ad supfluitatē vestiū ⁊ ornamentoꝝ. q̄r cogunt viros male lucrari.vt bene ornent̄. mirabile ē q̄r parētes expoliant ⁊ viros non ditant.tota domus videtur in maledictioneꝫ ire. Et ideo qui sine vxore potest viuere meliꝰ facit. quia facilius ad beatam cenam currit. Propterea d.apostolus.j.Corin.vij. Volo oēs ho. esse sicut meipsum.s.virgines. Et sic patet qui renuunt ad istam cenam venire ⁊ a nuptijs excludunt̄.s.dediti honorib9 ⁊ dominijs.dediti exercitationibus ⁊ lucris mundi.et dediti desiderijs carnis ad que tria genera oēs peccatores reducunt̄.j.Joh.ij. Omne qđ ē in mūdo aut ē ꝯcu.car.aut ꝯcu.ocu.aut sup.vite. Et sic patet secūdum. ¶ Tercio ponitur iusticia contempte bonitatis in abiectoruꝫ electione ⁊ cōtemptoꝝ reprobatione cū di. Tunc iratus paterfa.i.xp̄s cuius familia sunt omnes electi qui maxime cōtra cōtemptores irascit̄. Dicitur autē deꝰ irasci cū ad modū irati vindictā exercet irā sine ira pretendens. Iratus ergo dixit seruo suo. Exi cito in plateas ⁊ vici. Glo. Mittit ad plateas cum peccatores d̄ latiorib9 vijs vocat.mittit ad vicos cū istos vocat quos temporalium rerum coartat inopia.ideo sequitur. Et pauperes ac debiles ⁊ cecos ⁊ claudos intro duc. Ecce qui ⁊ quales cedunt in partē domini. Sapientes ⁊ pulcri ⁊ potentes mundi cedunt in partem dyaboli. Miche.vij. Factus sum sicut qui colligit inautumno racemos vindemie. Vuas enim grossas et magnas quasi precedens colligit dyabolus.j.Corin.j. Videte vocationeꝫ vestram fratres. quia non multi sapientes. non multi potentes.nō multi nobiles ꝫm carnem sed stulta mundi elegit deus vt cōfundat fortia ⁊ ignobilia ⁊ contemptibilia mundi elegit deus. Pauperes autē nō rebus sed spiritu ⁊ voluntate hi vocant̄ ⁊ veniūt. Math.v. Beati pauperes spiritu q̄.ip.ē re.ce. Simılit̄ debiles in natura atq̄ꝫ cōplexione atq̄ꝫ infirmi corpore ad deū currunt. Quia vt di.apl's.ij. Corin.xij. Virtus in infirmitate pficit̄ libenter igitur gloriabor in infir.m.vt inha.in m. vir.christi. Nam vigor nature et fortitudo cōplexionis et sanitas corporis plerisq̄ꝫ sunt occasio peundi. Eccle.xj. Malicia hore vnius.i.infirmitas obliuionē facit luxurie magne Ceci et simplices.s. prudētia mundi ⁊ carnis que legi dei non sunt subiecta similiter ad deum veniunt. Math.xj. Cōfitebor tibi pater dñe ce.et ter.quia abscon. hec ꝛc. Claudi similiter scilicꝫ sui reputatione qui reputant se peccatores et claudicare in via dei. nec omnino posse venire ad regnum dei nisi per gratiam dei adiuuent̄.hi vocati veniūt.j.Corin.xv.

Gratia sum id quod sum. Potest etiam ad litteram hoc intelligi de despectis in mūdo q̄ vocati veniunt. Quia vt dicit Greg. Infirmi quiq; atq; in hoc mūdo despecti plerūq; tanto scelerius vocem dei audiunt quanto in hoc mundo habent vbi delectentur. Vocat autē dominus electos suos non solū de ciuitatibus. imo etiam de villis ⁊ de ruribus non solum de iudeis. imo de gentilibus. Unde sequitur. Et ait seruus. Domine factum est vt imperasti ⁊ adhuc locus est. i. nondum cōplet⁹ est numer⁹s electorum. qui quidem complebitur quādo plenitudo gentiū intrabit. Propter hoc sequitur. Et ait domin⁹ seruo. Exi in vias ⁊ sepes. In superiori exitu intelligitur vocatio iudeorum qui sub vmbra legis quiescebant quasi in ciuitate morabantur. In h autem exitu intelligitur vocatio gentiū que dum sine iugo legis dei erant quasi agrestia ⁊ indomita animalia in vijs ⁊ sepibus exten⁹ vagabentur. vnde bene subditur. Et cōpelle itrare agrestia ⁊ indomita animalia. vt impleatur domus mea. i. perficiatur numerus predestinatorum. ❡ Nota autem hic tria genera vocatorū ſm triplicem vocationem superi⁹ positam. Quidam enim vocati nullatenus veniunt. ⁊ hi significantur in prima vocatiōe cum triplici sua expositiōe. de quibus dicitur Job. xxj. Qui dixerunt deo rece. a no. sciam viarū tuarū nolumus. Quidam vero vocati defacili conuertuntur. ⁊ hi significantur in secunda vacatiōe. Psal. In auditu auris obēdiuit mihi. Quidam autē pressura ⁊ necessitate mundi vel instantia predicationis ⁊ persuasionis cogente quasi cōpulsi veniunt. Et hi significantur in tercia vacatione. Osee. ij. Sepiā viam tuam spinis. Et ſm hanc triplicem vocationem potest procedi breuiter in h euangelio. In fine autem subditur reprobationis sententia contra contemptores. Unde sequitur. Dico autem vobis q̄ nemo virorū illorum qui vocati sunt ⁊ contempserunt venire gusta. ce. meam. Et sic patet terciū ⁊ cōsequenter totum.

❡ De epistola. ❡ Sermo. lxix.

Nolite mirari si odit vos mūdus. j. Joh. iij. Sicut di. phus. Homines ex ammiratione phari ceperunt. videntes effectus mirabiles. ⁊ causas penitus ignorātes. Sicut aūt cōtingit in effectibus nature. ita in effectibus gratie. ⁊ multomagis. quia de eclipsi solis et lune. ⁊ de fulmine ⁊ de similibus non omnes mirantur sed quidam horū causas ignorantes. Sed de operib⁹ gratie nullus potest perfecte causam ⁊ rationē reddere. eo q̄ ex libera dei voluntate ꝓcedant. Roma. xj. O altitudo diui. sapi. ⁊ scien. dei q̄ē incō. sunt iu. ei⁹ ⁊ inue. vie eius. Aug. Quare hunc trahat ⁊ illum non trahat noli velle diiudicare si nō vis errare. Uerum hec omnia possumus scire quotiens ea nobis deus reuelat ꝑ spiritum sanctū. j. Corin. ij. Nobis autem reuelauit deus per spiritum suū. Beatus aūt iohānes euangelista fuit vnus cui deus plura reuelauit. Unde ⁊ liber eius quē scripsit Apoc. vocatur. nomē assumens a reuelatione. nā apoc. idem est q̄d reuelatio. Inter multa autē que beatus iohannes nobis reuelauit in epistola hodierna. reuelauit nobis tria. Primo quare mundus nos odio habet. In principio epistole. Secūdo ī q̄ perfecta caritas manet. ibi. In hoc cogno. ca. dei. Tercio per quid nō eē in homine perfecta caritas apparet ibi. Qui habuerit substantiam huius mundi ⁊ vi. fratrem su. neces. ha. ⁊c̄. Quarto quasi concludendo ad veram dilectionem nos inuitat et monet ibi. Noli dili. ver. ne. lig. sed. op. ⁊ veritate. ❡ Primo ergo beatus iohannes ostendit q̄re mundus. i. dilectores mundi nos odit scilicet bonos. Aug. Quid est mundus. mūdus non est celum neq; terra. neq; ista opera que deus fecit. sed dilectores mundi. Itē mūdus quando in malo ponitur dilectores mundi. Mundus vero quando in laude ponitur celum ⁊ terra ⁊ que in his continent opera. D❡ Hec autē ammiratio quare mūdus odiat bonos homines ex tribus cōsurgit Primo ex natura boni ⁊ mali. q2 vt di. philosophus. Bonum est quod omnia appetūt ⁊ per consequens malum omnia fugiūt. Omnis enim homo naturaliter appetit bonum et fugit malum. Cum ergo in bonis assit causa dilectionis scilicet ip suū bonū quia boni sunt. ⁊ desit causa odij scilicet malus quia mali nō sunt. quare mundus eos odio habet. Secundo ex efficatia operum. manifestum est autē q̄ propter bonorum opera mundus sustentatur. als omni die submergeret. Hoc patet de illis quinq; ciuitatibus scilicet sodoma ⁊ gomorra ⁊ alijs tribus. quia si ibi decē boni

fuissent inuenti. deus pmisisset omnibus par-
cere. vt patet Gene. xviij. Cuz ergo diligat vi
cinos qui ipsuz ab inimicis tuentur z boni tu
eantur malos ne a demonib9 ad infernum ra
piantur quare ipsos odiūt. Tercio rōe cessio
nis hereditatis. omnia nāqz bona heredita-
rio iure sunt bonoz hominū. quia ipsi sunt fi
lij dei. si aūt filij z heredes vt di. apls ad Ro
ma. viij. Omnia autē bona tā fortune q̄z gra
tie sunt dei z a deo. Joh. j. Omnia p ipsuz fa
cta sunt. j. Corin. iiij. Quid habes quod non
accepisti. Peccator aūt qz bonis dei abutit'
iure priuatus est eis. z sicut fur tenet ea ī ma-
lum suū. Eccle. v. Est z alia infirmitas pessi-
ma quā vidi sub sole diuitie conseruate ī ma
lum dn̄i sui. Cum ergo boni cedant iure here
ditatis mundo in bonis fortune. que mūdus
maxime desiderat. iuxta illud. Math. xix. Ec
ce reli. oīa z secu. su. te. et retineant bona gra-
tie que mundus abhorret quare habet odio
bonos. Ad hoc dicendum ergo q̄ de h pos-
sunt quatuor rationes assignari. Prima
est contrarietas dominorum. boni enim trās
feruntur in deum. z vniuntur deo per amorē
z id̄o seruiunt deo ex amore sicut filij dei. Ma
li autem deum abiecerunt. Luce. xix. Nolu-
mus hunc regnare super nos. Et seruiūt di-
uersis vicijs. Quidam auaricie. quidam ho-
noribus vanis. quidam autem ventri et gule
Philip. iij. Quorum deus venter est. Om-
nia autem illa deo contrariantur. Cum ergo
boni et mali habent contrarios dominos. ser
ui autem contrariorum dominorum odiunt
seinuicem et persequuntur. ideo mūdus odit
bonos. z boni odiunt mundum. Gallat. vj.
per quem mihi mundus crucifixus est et ego
mundo. Crucifixus autem siue suspensus in
odio et abhominatiōe habetur Joh. xv. Si
me persecu. sunt et vos perse. et hoc est quod
hic dicitur. Nos scimus quoniaz transla. su.
de mor. ad vi. quoniam diligimus fratres. i.
per amorem fraternitatis quo separamur a
mundo quia mali nō diligunt se qz fratres in
deo. sed quia vniti in aliquo vicio. z cōiungi-
mur deo. Translati sumus de morte peccati
quod est causa omnis mortis. s. nature culpe
z pene. ad vitam. i. xp̄m cui per amorem serui
mus sicut domino nostro. mūdo cōtrario do-
mino seruiente. s. peccato. Joh. viij. Qui fac̄
peccatū seruus ē peccati. Aug. Redeat vn9
quisqz ad cor suū z si ibi inuenerit fraternita-
tis caritatē securus sit q̄ transit de morte ad
vitam. Secūda est diuersitas regionum.
Boni enī aspernāt' mundū z habitant ī celo
Phi. iij. Nostra cōuersatio in celis ē. Heb.
xiij. Nō habemus hic manentē ciuitatē s; fu
turam inqui. Mali aūt ecōuerso. de celo non
curant. sed in mūdo volunt perpetuari. mun-
dus aūt z celum sunt contrarie z diuerse regi
ones. z contrarij domini in eis principantur.
Nam in mūdo dyabolus principatur. Joh.
xiiij. Venit enī princeps mūdi huius z in me
nō habet quicq̄z. Jn celo aūt principat' xp̄s.
Joh. xviij. Regnū meū non est de hoc mūdo
sed sup. de celo. Homines vero diuersarum
z cōtrariarū terrarū psequūtur et odiūt sein-
uicem. Et ideo mali odiūt bonos qz nō sunt
de hoc mundo. Joh. xv. Quia vero de mun
do non estis. sed ego vos elegi de mundo. p
pterea odit vos mundus. Exemplū de cani-
bus qui si vident aliquem canem forensem ī
cōtrata sua oēs persequūtur eum. Sic faciūt
mali bonis qui vident eos in cōtrata propria
scilicet mundo. Similiter faciunt boni malis
in contrata sua scilicet celo. Apoca. xxij. Fo-
ris canes et venefici. Et hoc est quod hic di-
citur. Qui non diligit manet in morte. s. pec-
catorum qui non habent dilectionez dei. Ju
sti autem p dilectionem manent in deo. Joh.
iiij. Qui manet in caritate in de. m. qui est vi-
ta vera. Joh. xj. Ego sum resurrectio et vita
Vita autem et mors cōtrarie regiōnes sunt
¶ Tercia est cōtrarietas operū boni enī ha
bent cōtraria opera mundo. nam mūdus p
curat et satagit hic gaudere et ditari. hic ho-
norari et dn̄ari et opera penitentie renuit et
beatum dicit hominem cui hec sunt. Boni
autē hec omnia respuunt. et opera penitēcie
assumunt. Phili. iij. Omnia arbitratus sum
vt stercora vt xp̄m lucrifaciam. Heb. xj. Cir
cuierunt in me. in pelli. capri. egen. an. af. &c.
Dicūt etiam boni q̄ opera mundi sunt mala
nec est beatus immo miser qui predicta requi
rit. Sicut ergo saraceni nos persequūtur. qz
contraria agunt et credunt et damnant nos
sic mūdus psequitur et odit bonos. Joh. vij.
Nō potest mundus odisse vos. me autē odit
qz testimonium ego perhibeo de illo. qz ope.
ei. ma. sunt. Sap. ij. Circūue. iust. quoniā ɔtra
est ope. no. Et hoc ē quod hic dicit' qui odit
fratrem suū ho. est. Homicida autē contrari
um opus facit iusto. nam odit et occidit. in-

7 manet capite iclinato vt nos osculet. Ma thei.xj. Uenite ad me q̄ laboratis 7 one. estl 7 ego reficiā vos. Et sic patet scd̄m. Tercio hortat ad sobrietatis 7 vigilātie amplexū q: so.es.et vi. Circa qd̄ quatuor facit. Prio nos hortat ad sobrietatē 7 vigilantiaz q: sobrij es.7 vi. Secūdo ostēdit causaz. q: aduersarius vester dyabolus. Tercio ostendit rez in qua aduersario possumus resistere q: in fide. Quarto ne credatur q̄ hoc preliū sit tm̄ ī vno populo. vel in vna ꝓuincia. di. q̄ illud preliū 7 eadem passio 7 concertatio inest toti fraternitati 7 omni populo qui est ī toto mūdo ibi. Sciētes eandē passionē ei que in mū. est ves.fraternitati fieri. Circa hanc partē sciēdum. q̄ tres sunt hostes nostri cum quib⁹ pugnare debemus.s.caro.que est hostis intraneus. 7 iō multum periculosus. Mūdus.i.delectabilia mundi que materialiter 7 occasionaliter nos incitāt ad peccādū. vel mūdus.i. mali homines mūdi qui bonos persequunt 7 incitant ad peccandū. Et dyabolus qui inuisibiliter pugnat ɔtra nos 7 intra 7 extra. Indigemus ergo sobrietate cibi 7 potus ɔtra carnis desideria. Nō enim possumus. ɔtra hūc hostem pugnare interficiendo ipsum aut fugiēdo ab eo.sed solū subtrahēdo ei cibuz 7 potū 7 fercula discipline percutiendo.j. Corin.ix. Castigo cor.me.7 ī ser.red. Eccle.xxxiij. Seruo maliu.tortura 7 cōpedes mitte eū in operationē ne vacet. Seruus maliuolus est caro q: quāto meli⁹ fit ei 7 delicatius nutritur tanto magis supbit 7 proteruit in animā dominā suam. Prouerbi.xxix. Qui a puericia delicate nutrit seruū suū postea sentiet eum sibi cōtumacem. Hoc figuratū fuit in sara 7 agar.q̄ stati postq̄ ɔcepit rebellauit dn̄e sue sare. vt patet Gene.xvj. Sara dn̄a aīa agar ancilla caro nequā. Indigemus etiā sobrietate rerū mūdi ɔtra mūdi delectabilia.q̄ sobrietas attēditur magis in volūtate q̄ in habitu vel actu rerū.vt.s. sobrie desideremus 7 velim⁹ bona mundi.s.ad necessitatem 7 nō ad vanitatem vel ad superfluitatem.j. Thimo.vj. Habentes ali.7 quib.te his ɔtē.sim⁹. Unde Greg. habentes res multas sobrius erat. Et multi nihil habentes nō sunt sobrij q: multa desiderant. Sic ḡ ɔtra mundū pugnamus sobrietate rerū. Hoc est ergo qd̄ di. Sobrij esto. 7 vi.s.ɔtra carnē 7 mundū.j. Thessa.v. Qui ebrij sunt nocte ebrij sunt. nos q̄ diei sumus sobrij sumus. Cōtra dyabolū vero indigem⁹ magna vigilātia.q: ipse nō dormit.sed tanq̄ leo rugiēs cir.vt nos deuo. Job.j. Uñ venis sathan. Circuiui terram 7 ꝑambulaui eam Hiere.vj. Crudelis est 7 nō miseretur. Et ꝓpterea xp̄s.d. Luc.xviij. Oportet semp orare 7 nūq̄ deficere. Abacuc.ij. Super custodiam meā stabo. Ephe.v. Uidete fratres quō ca.ā. Quia inimicus noster omnem cautelaz 7 astuciam habet 7 ex naturali ingenio 7 experientia lōgi tp̄is.7 ideo homo difficulter pōt ei resistere. Job.xlj. Non est potestas super terram que valeat ei cōparari qui factus ē vt nullum timeret. Una vero res est quā si perfecte habuerimus perfecte ei resistemus.scilicet fides vera 7 viua. Ephe.vj. In omnibus su.scu.fidei in quo pos.oīa te.nequis. igne extin. Dupliciter enī temptat dyabol⁹ fideles scilicet per prospera dissoluendo 7 per aduersa frangendo. Omnia ergo tela que ɔtra nos emittit per prospera extinguimus in fide inferni.dum credimus si prosperis mundi hesenimos demergi ad infernum. Eccle.xj. Scito q: pro his omnibus adducet te deus in iudicium. Hic cadit exemplū de heremita q̄ omnes digitos suos cōbussit anteq̄ vellet cum vna agere volens prius experiri si posset pati penas inferni. Omnia vero tela que contra nos proijcit per aduersa extinguimus in fide paradisi dum credimus q̄ ex patiētia aduersorum peruenimus ad gloriam eternorum 7 ideo ipsa libenter toleramus. Roma.v. Sz 7 gloriamur in tribulationib⁹. Actu.v. Ibāt apostoli gau.a con.cōsi.quo.dig. ha. sunt ꝓ no. ie. contu.pati. Sic ergo pugnandum est contra dyabolum qui quotidie nos infestat. 7 eodem modo oēs fideles infestat. 7 fratres nostros qui sunt in toto mundo.ij. Thimo. .iij. Omnes qui pie volunt viuere in christo ihe.perse.pa. Actu.xiiij. Per multas tribulationes oportet nos in. in re. dei. Et sic patet terciū ¶ Quarto ostēdit q̄ supradicta tria deus ꝑducit ad perfectōis fructum.d. Deus aūt omnis gratie q̄ vo.n.ꝛc. Multe sunt gratie dei quas deus confert nobis 7 in generali 7 in speciali. Et in generali sunt decem maxime gratie quas deus fidelibus facit. De quibus si vis ꝑdicare quere eas do.xvij.post tri. in ser.de eadē. Ibi etiā ponuntur decem beneficia que deus nobis cōfert. In speciali autez cuilibet fideli gratias multas largitur. Alicu

em̄ dat intelligentiā veritatis. alicui eloq̄ntiā sermonis. alicui sensum discretionis. alicui ḡuitatem mor. alicui abstinentiā ciborum. et sic de aliis que longum esset enarrare. et q̄ vnusquisq; fidelis in seipso experitur. j. Corin. xij. Et alij quidem dat᷑ p sp. ser. sa. alij gra. sa. in vno spū. ꝛc. Hec aūt oia operat᷑ vnus atq; idē spiritus diuidens singu. ꝓut vult. Unde ḡ dicit deus aūt ois gr̄e q̄ vo. n. in eter. suā glo. in christo hie. mo. pas. i. p modicas et paruas passiones quas sustinemus ꝓ nomīe hiesu in p̄sēti vocauit nos ad eternam gloriam. Ro. viij. Non sunt ꝯdigne pas. hꝰ tē. ad fu. glo. q̄ reuelabitur in nobis. Et nota ꝙ ad hanc gloriam deus vocat multiplicit᷑. Primo p p̄destinatōnem. Ro. viij. Quos autē p̄destinauit hos et vo. Secundo p p̄dicatōem. Puer. ix. Misit ancil. su. vt vo. ad arcem. Tercio p inspirationem. Ro. iiij. Uocat ea que non sunt tanq̄ ea que sunt. Quarto p beneficior largitionē. Lu. xiiij. Homo quidam fecit cenam magnā et vo. mul. Quinto p flagellor correctionem. sic vocauit paulum. Hebre. xij. Flagellat aūt oēm filiū quē recipit. Sexto p pene eterne cōminatōem. Lu. xiij. Nisi penitentiam egeritis oēs simul pibitis. Septimo p glorie eterne repromissionem. Apoc. ij. Uincenti dabo edere de ligno vite qd̄ est in padiso dei mei. Deus ergo qui tot gratias nobis largit᷑. ꝛ qui tot modis nos vocat pficiet scʒ p veram humilitatem in nobis. cōfirmabit scʒ remotionem solicitudinis tp̄alis. et solidabit. s. sobrietatem vt vigilare possimus aduersus dyabolum et ipsum in fide vincere. ideo ipi gloria in secula ꝛc.

¶ Dñica q̄rta de euāge. sermo. lxxij.

Estote miseri

cordes sicut et pater vester misericors est. Lu. vj. Sicut di. dauid. Tempus miserendi deus. Totū tempus ante aduentū xp̄i fuit tp̄s iusticie. Nam in eo deus magnā iusticiā exercuit. vt patet in lucifero et eius angelis. quos ꝓpter vnū motū superbie de celo ꝓiecit. Idē patet in primis parentibus quos ꝓpter vnū pomū vetitū qd̄ comederunt de padiso eiecit. Idem patet in diluuio. in quo ꝓpter peccatum carnis totum genus humanum submersit et deleuit exceptis paucis. Idem etiā apparet in multis locis ꝛc. vbi ostenditur quō deus iusticias magnas exercuit in hoīes. Et hec fuit summa et admiranda iusticia. quia omnem hominem quantumcūq; sancte viueret mittebat ad carcerem inferni. ac etiā iohan. bap. ita sanctū et pfectū. Et ꝓpterea dicebat. Ps. Domie in celo misericordia tua. Quia solum in celo videbatur esse. At vbi venit plenitudo temporis. scilicet tempus gratie et misericordie. qd̄ fuit ab aduentu christi circumquaq; regnat et preualet misericordia iusticie. Ps. Misericordia domini plena est terra. Et quia tempus miserendi est. ideo christus fons ꝛ pater misericordie qui vt omni homini misereretur factus est homo. ad misericordiam nos inuitat ibi. Estote misericordes. ꝛc. In quibus verbis quinq; cōtinentur. Primo em̄ ad miam nos inuitat In principio euangelij. Secundo ꝓhibitiua misericordie nobis vetat ibi. Nolite iu. et nō iu. nolite cōdē. et n̄ cōdē. Qui em̄ iudicat et condēnat primū nequaq̄ eiꝰ miseret᷑. Tercō q̄sdam effectus misericordie principales nob impat ibi. Dimitt. et dimittet᷑. vo. da. et da. vo. Quarto p̄miū ꝓ misericordia et eius operibus nobis reddendum insinuat ibi. Mensuram bo. et confer. et coa. et supef. da. in si. ꝛc. Quinto sub quadam similitudine quedam documenta corrigere volentibus et docē valde necessaria enarrat ibi. Nunquid potest cecus cec. du. ꝛc. vsq; in finem. Primo ergo ad misericordiam nos inuitat exemplo patrl nostri. di. Estote misericordes si. et pa. ve. mis. ē. Boni filij bonū patrem imitantur. Joh. viij. Si filij abrahe estis opa abrahe facite duo ḡ di. Primo impat misericordiam. quia estote mi. Secundo ostendit modum miserendi. q: sicut et pater ve. mi. est. Sed cum pater nost etiā sit iustus. iuxta illud. Ps. Iustus dominus et iusticias dilexit. quare non inuitat nos ad iusticiam. di. Estote iusti sicut et pater vester iustus est. Et similiter ad sapientiam ꝛ potentiam. Ad hoc dicendum ꝙ hoc fit ꝓpter septem. ¶ Primo quia misericordia magis tempori conuenit vt̄ te. Quia vt dictum est iusticia et misericordia condiuiserunt sibi tempora. vt iusticia ante christi aduentum regnaret. et misericordia post eius aduentum. Ecclesiastes. iij. Omnia tempus habent. Secundo quia misericordia magis cōuenit loco in quo sumus. nam mundus est plenus culpe et malis miserijs et permaximis indigentijs ꝛ penis homines inuoluuntur. Eccles. iiij. vidi calumnias que sub sole geruntur et lacrimas

innocentum et consolatorem neminem et lau
daui magis mortuos q̄ viuentes. Augusti⁹.
In valle miserie sumus in qua eo magis ē flē
dum quo minus flemus. ¶ Tercio q2 miseri
cordia inter oēs virtutes excellit. Vñ p oleū
significat' qd' oīb9 liquoribus supnatat. iuxta
illud. Eccl's. ix. Oleū de capite tuo nō deficiet
.i. misericordia tua aīo tuo nō desit vt miseris
cōpatiaris. misericordiā eñ dicit' quasi mise
ris cor dans. Excellit etiā misericordia inter
omnia opa dei. Ps. Miseratōes eius super
oīa opa eius. ¶ Quarto q2 magis vtilis ē et
necessaria. j. Thi. iiij. Pietas ad oīa vtilis est
pmissionem vite habens q̄ nunc est 7 future.
Quia p misericordiam homo meret' hic vi
tam gratie. et in futuro vitam glorie. Mat. v.
Beati misericordes qm̄ ipi misericordiā con
sequūt'. Bern. Sola misericordia nō audiet audi
tum malum. Unde in iudicio fit solum exa
minatio de operib3 misericordie vt pz Mat.
xxv. quasi pter ipam sint saluati 7 p obmissi
onem sint damnati. Jaco. ij. Judiciū sine mi
sericordia fiet ei qui nō facit mis. Ad qd' desi
gnandū tūc xp̄c de mōte oliueti p quez mons
misericordie designat' in celuz ascendit. Hoc
etiā figurat' et significatur in eo q scriptura re
fert q salomon duo ostia de lignis oliuaz fe
cit in ingressu oraculi. iij. Regū. vj. que signifi
cant duas ptes misericordie. vna spūalis 7 al
tera corpalis p quas homo in templū ingre
ditur. ¶ Quinto q2 magis cōuenit patri nr̄o
deo. Greg⁹. Deus cui pprium est misereri sp
7 parcere 7c. Unde sicut soli ppriū est illumia
re. et igni calefacere sic deo misereri. Et ideo si
volumus deū veraciter imitari. simus miseri
cordes q2 misereri est ei⁹ ppria opatio. Isaie
xlix. Nunquid pt mulier obliuisci infantē su
um vt non mise. fi. vter. sui. et si illa oblita fue
rit. ego tñ nō obliuiscor tui. In h̄ g̊ cognoscit'
marie filius si naturalē habet opatōem patr
¶ Ubi nō q deus habuit tres pueros 7 ma
ximos filios V ¶ Prim⁹ fuit lucifer qui
noluit imitari deū in misericordia sed in potē
tia. et ideo tanq̄ degener filius piectus ē. Se
cundus fuit adam qui noluit imitari deum in
misericordia sed in scientia. et ideo tanq̄ nō le
gitimus ē reprobatus. Tercius fuit christus
qui voluit deum imitari in misericordia et in
omnibus. Math. xi. Euntes discite q̄d ē mi
sericordiā volo 7 nō sacr. Et ideo tanq̄ natu
ralis fili⁹ ē dectus. Math. iij. Hic est fili⁹ me
us dilectus. ¶ Sexto quia misericordia est
nobis magis naturalis. Job. xxxj. Ab infan
tia mea creuit mecum miseratio. Et ad id qd'
naturale est facilius inclinamur. Videm⁹ aūt
q si patit' vnū membrum compatiuntur om
nia membra. vt d. apostolus. j. Cor. xij. Om
nes aūt christiani vnum corpus sumus ī xp̄o.
7 sumus membra adinuicem. caput autē no
strum christus est. vt d. apostolus ad Eph.
iiij. Et ideo vnus fidelis naturaliter debet cō
pati alteri sicut fratri. ij. Cor. xj. Quis infir
matur et ego nō infirmor. quis scan. 7c.
¶ Septimo q2 ad misericordiam faciendam
plura motiua habemus. X ¶ Nam omis
creatura incitat nos ad misericordiam facien
dam. Sol eñ et luna 7 omia corpora celestia
tanq̄ nobis cōpatiēntia vtpote in magna pe
nuria constitutis oīa bona sua cōicant nobis
similiter quatuor elementa 7 omnes arbores.
similiter multa aīalia incitāt nos ad misericor
diam eo q inter seinuicem miserent'. Dicitur
eñ de cyconia. q postq̄ senuerit filij eius po
nunt eam in nidum 7 nutriunt eam. Dicit' eti
am de aquila q quādo generat tres pullos p
ijcit vnum quia non potest omnes nutrire. et
tunc quedā auis que appellatur cobar aspor
tat 7 nutrit. De leone etiam dicit' q parcit p
stratis 7 hominem errantem reducit ad viaz.
7 in firmiora animalia non comedit. nisi neces
sitate famis cōpulsus. Semp etiam quando
comedit relinquit aliquid de preda. 7 ideo vl
pes sequitur eum. Pullum etiaz vnius eque
si moriatur equa. alie eque suscipiunt nutrien
duz. Et si vnus elephas cadit omnes alij cur
runt ad eum releuandum. quia per se non po
test resurgere. Dicitur etiam delphino mor
tuo alij cōueniūt et sepeliunt eum in pfundo
maris. De conchis etiaz marinis dicit' q sem
per stant clause 7 quidē alius piscis venit cuz
cibo et aperit eā 7 immittit cibum. Et breuit'
tota natura et tota creatura incitat nos ad mi
sericordiam. Et sic pz q pter septē de⁹ no
bis mandat misericordes eē magis q iustos vl
sapientes. Et hoc ē qd dicit'. Esto. mi. 7c.
¶ Deinde ostendit modū miserendi di. sicut
7 pater vester misericors ē. ¶ Ubi nota q de
bemus esse misericordes adinuicem sicut de
us pater noster misericors est circa nos. Est
autem misericors pater noster circa nos q̄
tum ad decem. Y ¶ Primo indignum
omni bono 7 a se auersum. ad viam veritatis

reducendo et reuocando. ij. Regum. xiiij. Uade reuoca puerū absolon. Absolon interfecerat filiū regis. sic peccator q̄ntum in se est interficit filiū dei triū et de⁹ reuocat eū. Sic et nos ñ solum amicorū sed etiā inimicorū misereri debemus. Math. v. Diligite inimicos ve. bene. bis qui ode. vo. ¶ Secundo redire nolentem patienter expectādo. Ro. ij. Ignoras quoniam benignitas dei te sup. expectādo ad penitentiam adducit. Et nota quō expectat m̄ltos Sic et nos primū ñ valētē nob reddē nūm debitum debem⁹ patienter expectare donec possit reddere. Math. xviij. Patientiam habe in me et oīa reddā tibi. Sed multi crudeles capiunt et incarcerant debitores suos. Mat. xviij. Tenens suffocabat eū dicens redde quod debes. ¶ Tercio peccatorem ne a dyabolo suffocet et demergatur in infernum defendendo Treno. iij. Misericordie dñi q2 nō sumus consumpti. Gene. iiij. Quicunq3 inuenerit me occidet me et ait dñs nequaq3. sed quicunq3 occiderit cayn septuplū puniet. Et posuit dñs signum in cayn ne occideret. Sic et nos debē⁹ iuuare primū q̄ntū possumus ne a dyabolo rapiat. vel ne ab alio primo rapiat et deuoretur. ij. Cor. xij. Ego aūt libentissime impēdā et supimpendar ipse p aīabus vestris. Sed valde detestabile est. vt dicit Augustinus q̄ videt lupus asportare pecudē alicui⁹ et omēs clamant. videtur dyabolus asportare animā primi et nullus reclamat. Quarto pctorē ne deficiat pascendo. Ps. Qui dat iumen. escā ipsorū. i. peccatoribꝫ qui iumētis cōpant Sic et nos etiā peccatores sustentare debemus ne fame deficiant. q2 in eis natura bona ē et poterūt adhuc effici boni. Math. xxij. Bonos et malos introduc huc. s. ad nuptias. Debem⁹ etiam pctores sustētare pane verbi dei. j. Petri. v. Pascite q̄ in vob ē gregē dñi. ¶ Quinto peccatoribꝫ oportunitatem peccandi subtrahendo. Osee. ij. Sepiā vi. tuā spi. et sepiā eam maceria. Multotiēs deus dat aduersa peccatoribus. ne in peccatis delectent et ne peccata pficiāt que facere disponūt. qd est viā peccatorū spinis sepire. Gene. xij. Flagellauit autē dñs plagis maximis pharaonē ac domū eius ne scʒ abuterēt vxore abrahe. Sic et nos oēm materiam peccādi debem⁹ auferre primo et nō esse ei ad ruinam sed salutem. Tit. ij. Temet ipm prebe exemplum bonorū operū. ¶ Sexto p⁹ multiplicē repulsam ad vocandum pctorem nō desistendo. Greg. Debem⁹ misericordiam dei erubescere et si iusticias eius nolum⁹ formidare. qui tāto amplior improbitate cōtemnit. q̄to contēptus vocare nō dedignat. Apoc. iij. Ego sto ad ostium et pulso. Ita et nos a beniuolentia primi desistere ñ debem⁹ q̄uis cōtinue ab eo angarias patiamur. Ro. xij. Nulli malū p malo red. sed ecōtrario bñdicentes. Ibidē. Benedicite psequentibus. ¶ Septimo ad cōuersionē nostrā multipliciter et mirabiliter operando. mō danda psp modo aduersa. Exemplū de fabro qui inclinat equū vt sibi remaneat. Sic facit de⁹. Ps. Conuersus sum in erum. mea dum cōfi. spina. Per oēm modum deus opat vt pctor sibi remaneat. Sic et nos oīmodo debemus satagere vt peccatores boni fiant. ij. Cor. vj. In omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut dei mini. in multa pati. a dex. et a sini. Quia vt dicit Augustinus. Nihil est deo ita acceptum sicut zelus aīarū. ¶ Octauo penitentem et ad se reuertentem benigne suscipiendo sicut ipse posuit exemplum in filio pdigo. Lu. xv. Misericordia motus cecī. sup col. ei⁹. Sic et nos penitentibꝫ a nobis veniā de iniurijs nobis illatis. benigne debemus occurrere et recipe ad osculum pacis. Multi ferociores canibꝫ nūq3 volunt parcere q̄tūcūq3 humilitatis nisi vulnerent eos vel occidant. Dicitur de cane q̄ si homo psterneret se in terrā nunq3 tangeret eum. Hic cadit exemplū de quodam imperatore romano. qui cum cepisset regem armenie. et ille deposito dyademate genuflexisset coram eo statī r̄stituit ei coronā et regnū. ¶ Nono penitentem de statu vilissimo ad statum regium pmouendo. Ps. De stercore erigens pauperem vt collocet eum cum principibus. Uñ ille pdig⁹ fili. qui pascebat porcos honorifice ad mensam pris sedebat. Sic et nos debem⁹ primum ad bonū statū aīe et corpis reducere et nō tenere eū extra domū suā vel in aliq̄ peccato. ¶ Decimo peccatori cōuerso virtutem pseuerandi dando. Isa. xl. Qui dat lasso virtutem. Sic et nos debem⁹ primū in bono pposito cōseruare. et in bono statu manutenere p nr̄as orones. Eph. iij. H⁹ rei gr̄a flecto ge. me. ad pa. do. no. hie. xpi. vt det vo. se. di. gl. s. ha. xpm p fidem in cordibꝫ vestris. Et sic patet primū. ¶ Scdo phibitiua misc̄die nobis vetat di. Nolite iudicare scʒ proximum p malas suspitiones. sed sup. misereminí eius vt ñ

iudicabimini scꝫ a deo. Nolite condemnare
scꝫ sententiam diffinitiuaꝫ de aliquo ferendo.
et non condemnabimini scꝫ a deo. Augusti.
Et si suspitiões vitare non possumꝰ qꝛ hoies
sumꝰ. tñ diffinitiuas sententias continere de-
bemus. Ubi nota ẜm Aug. ꝙ quedam sunt
facta hominum manifesta q̄ nullo mō tergi-
uersari possunt quin mala sint. vt furta. homi
cida. blasphemie adulteria. et hmōi. de quibꝫ
licitum ē nos iudicare et condemnare ꝙ mala
sunt. Quedam sunt media q̄ possunt bono ꝛ
malo animo fieri. Et ista cū exterius nō ꝑten-
dant aliquam spēm mali. debemꝰ ea sempꝑ ad
bonam partem interpretari. etiam si malo aī-
mo fiant. quia hoies vident que foris parent
deus aūt intuet' cor. j. Regū. xvj. Quedam
sunt occulta de quibꝫ iudicare temerarium est
Augustinus. De occultis alieni cordis temē
iudicare peccatū est. j. Corꝛ. iiij. Nolite añ tē-
pus iudicare q̊adusqꝫ ve. d. q̇ in il. abscon. te.
et manifestabit consi. cor. Ue ergo illis q̇ maī
festa bona iudicant ma. vel corrupta intentō
ne facta. vt pharisei qui dum xp̄c eiecisset de-
moniū dixerunt. In beel. principe demonioꝝ
eijcit demonia Lu. xj. Ualde ergo debemus
esse temperati in iudicādo. quia talē iudicamꝰ
aliqñ q̇ est optimꝰ vel erit optiꝰ. vt pꝫ in pau-
lo. Ro. xiiij. Tu quis es qui iudicas alienum
seruum. Nota hic ꝙ multiplex est iudicium.

Primū ē iudicium prudentie. quod
ꝑcedit ex sagacitate iudicꝭ ꝑ vera signa. vt fu
it iudicium salomonis inter duas meretrices.
iij. Regum. iij. Nam omīs mater naturaliter
diligit filium. et nollet eum mori. qđ vna illaꝝ
ostendit q̄ vera mater fuit. Sic iudicauit da-
niel illos duos falsos testes. qui condemnaue
runt susannam. Danie. xiij. Hac prudentia
ꝑpter maliciam hoīm multū deberent iudi-
ces abundare. Exemplū de illo iudice qui libe
rauit pauperē. in cuius domo quidam posue
rat. xij. vaccos olei. sex erant pleni. et sex semiple
ni. et inferius erat aqua. et accusauit paupe-
rē illum ꝙ fuerat sibi furatus oleum et iudex
cognouit per amurcam que non erat tanta
et equaliter in oībꝫ vaccis ꝙ nō erat verꝫ. Ta
le iudiciū est iustum ꝛ licitū. ¶ Secundū ē iu-
dicium iusticie siue iuris qđ ꝑcedit ẜm allega
ta et ẜm confessa. et sic debent iudicare omēs
iudices sub lege constituti. vt di. Augꝰ. etiam
si sit falsum qđ probatur vel confitetur reus
Huiꝰ exemplū habemꝰ in dauid qui manda-
uit interfici illū qui dicebat se interfecisse sau-
lem et tñ non erat verꝫ. Sed ait dauid. Os tu
um contra teipm̄ locutū ē. ij. Regum. j. Tale
iudiciū ē iustū ex ꝑte iudicis. eo qđ ꝑcedit ẜm
ius. ¶ Tercium ē iudicium punitiōis et for-
midinis. quod ꝑcedit ꝛ infertur ꝑpter pecca-
ta paterna. Hoc fuit factum tꝑe dauid. quā
do facta est fames tribus annis. ꝛ cōsuluit da
uid dn̄m. qui respondit. d. qđ hoc erat ꝑpē
peccatū saulis. quia ꝯ iuramentū predecesso-
rum suoꝝ interfecit multos gabaonitarū. Et
dati sunt duo filij saulis ꝛ quinqꝫ nepotes ga
baonitis qui suspenderūt eos in ligno ꝛ cessa-
uit plaga de populo. ij. Regū. xxj. Quar-
tum est iudiciū temeritatis ꝛ suspitionis. qđ ꝑ
cedit ẜm imaginata. quādo quis ex leuibus si
gnis iudicat ꝛ credit aliquem malum. qđ con
tingit. vel qꝛ ip̄e est male dispositus. ꝛ ideo sic
iudicat alios. vel quia odit illum. vel qꝛ multa
vidit ꝛ audiuit. ꝛ ideo de facili iudicat. vnde se
nes sunt valde suspitiosi. et istud est minꝰ pec-
catum. quia senes multa viderunt ex quibus
mouent'. et tale iudiciū ē ẜm faciē. quod ꝓhi-
bet'. Jo. vij. Nolite ẜm faciē iudicare. Sic iu-
dicauit totila beatū cassium episcopum mari-
nensem esse ebriū. qui erat naturaliter rubeus
vt di. Gregꝰ. in dyalogo. Hic cadit exemplū
de gallo et catto ꝛ muribꝫ quando mures cre-
debant cattum vnū sanctū patrē. quia erat ī-
uolutus cinere ꝛ gallū estimabāt terribilē ho-
minem ꝑpter cristam rubeam. Et sic patꝫ se-
cundum. ¶ Tercio duos effectus misericor-
die nobis imperat dicens. Dimittite iniurias
et offensas ꝛ dimittet' vobis. s. a deo peccatuꝫ
vestrum. Date. scilicet temporalia bona pau
peribꝫ. et dabitur vobis scꝫ a deo vita eterna.

Ubi nota ꝙ duo sunt genera opuꝫ
misericordie. Quedam eñ sunt oꝑa miscđie
spūalia ad animā pertinentia. et sunt sex q̄ i h
versu continentur. Consule castiga solare re-
mitte fer ora. Remittere ergo vel dimittere
iniurias ꝑrimo. est vnum opus misericordie
spirituale. ꝛ ideo tangendo ipsum omnia alia
spiritualia opera dat intelligi. Et nota hic ꝙ
retinere iniurias ꝛ non parcere est magnum
periculum quia odium in corde est sicut ignis
in pectore. qui comburit pectus tenētis. Sic
odiū solū obest odienti. Item ē sicut tinea ī pā
no que corrodit pannum in quo est. Item est
sicut apis aculeum infigens que dum acule-
um infigit perdit ipsuꝫ ꝛ ꝑ consequens morit'

nec decetero mellificare potest. Sic et infigẽs
aculeos odij morit spūaliter. nec decetero opa
vite potest exercere nisi odiū deponat. Que-
dam ꝟo sunt opera misericordie corpalia ad
corpus ptinentia. et sunt sex q̃ i hoc versu cō-
tinentur. Visito. poto. cibo. tego. redimo. col-
ligo. condo. Et ista sunt minus pfecta opa q̃
spūalia. Dare ergo bona tpalia. siue panẽ si-
ue vinū siue indumentum siue hospiciū. siue
pecuniam. siue in redemptione captiuoꝝ se ex
ponere. vel dare psonam suā ad visitandū vi
duas vel afflictas psonas. et ad condendum
.i. sepeliendū mortuos. hec oīa sunt opa mise
ricordie corpalia. p quib⁹ deus dat nobis vi-
tā eternam. ¶ Et nota h̄ q̄ inter oīa opera
misericordie tam spūalia q̃ corpalia vnū est
quod magis placet deo. s. q̄ homo misereat
aīe sue. Eccl. xxx. Miserẽ aīe tue placẽs deo.
Prouer. xi. Benefacit anime sue vir miseri-
cors. Quidam sunt sicut cayn qui male diui-
dunt et recte offerunt. Gene. iiij. Si male di-
uidas et recte offeras peccasti. quod tūc ē qñ
homo res tpales dat paupib⁹. et corpus etiā
exponit in seruitiū paupum animam ꝟo dat
dyabolo. quod tūc fit. quando hō in pecca-
to mortali existens facit opa misericordie. nec
exire satagit de potestate dyaboli. Cōtra q̃s
ait apostolus. j. Cor. xiij. Si distri. inci. paup.
o. f. m. et tra. cor. m. ita vtar. ca. aūt nō h. nihil
mihi pdest. Math. vij. Dñe nonne in nomīe
tuo pphetauimus et virtutes multas fecim⁹.
et dicet illis. Amen dico vobis ne. vos. Faci-
amus ḡ sicut abel qui obtulit optima et iō be
ne diuisit dās meliora dō. Dem⁹ ḡ dō optīa
nostra. scʒ aīaʒ cor et voluntateʒ. Prouerbi.
xxiij. Fili prebe mihi cor tuum. Item nota q̄
alia lr̃a dicit. Dimittite ꝛ dimittemini. quia il
le qui tenet odium in corde fortissime tenetur
ab odio q꞉ q̃uis peccatū omē teneat hominẽ
sicut seruum iuxta illud. Qui facit peccatum
seruus est peccati. Joh. viij. Odium tñ tena-
cissime tenet hominē. ita q̄ homo oē scelus p-
petret ↄtra illū quem odit. Et ideo recte dic̃.
Dimit. s. iniurias ꝛ dimittemini. s. ab odio. qd̓
vos quasi cathenatos tenet. Prouer. v. Fu
nibus peccatoꝝ suoꝝ quisq̧ constringit̃. Ad
opera ꝟo misericordie facienda septem bona
nos inducunt que habēt efficere. ¶ Primū
est quia deū placāt. Gene. xxxij. Placabo eū
muneribus. Prouer. xxj. Munus abscondi-
tū extinguit iras ꝛ donū in sinu indignationē

maximā. Fugāt etiā tenebras ab aīma. Isaie.
lviij. Si effuderis esurienti aīaʒ tuā. et animā
afflictam repleueris orietur i tenebris lux tua
et tenebre tue erūt sicut meridies. ¶ Scdm ē
quia faciūt obtinere petita. Isaie. lviij. Fran
ge esurienti panē tuū et egenos vagosq̧ idūc
in domū tuam. cū videris nudū opi eū. et car-
nem tuaʒ ne despexeris. Et subdit̃. Tūc inuo
cabis et dñs exaudiet. clamab et dicet. ecce as-
sum. q꞉ misericors dñs deus tuus. Prou. xxj.
Qui obturet aurem suam ad clamorem pau
pum clamabit ip̄e et nō exaudiet̃. ¶ Terciū
est quia faciunt hoīem filiū dei. quia vt dictū
est in misericordia maxīe similat̃ deo. q꞉ ppri
um et naturale opus dei ē misereri. Eccli. iiij.
Esto pupillis misericors vt pater. Et p viro
mr̄i illoꝝ. ꝛ eris tu velut fili⁹ altissimi. ¶ Qr̄-
tum ē quia faciunt nos amicos nam paupes
et religiosos faciūt stipendiarios suos qui q̃ti
die interpellunt apud deum. Greg⁹. paupe-
res non sunt colendi vt egeni sed exorandi vt
patroni. Hic cadit exemplum ludouici regis
francie qd̓ dictū fuit supra. ¶ Quintum est
quia sociāt hominem maxime tempore neces
sitatis omnibus alijs recedentibus a nobis.
Ambrosius. Non sunt bona hominis q̃ secū
ferre non potest sola misericordia comes ē de
functorum. Apo. xiiij. Opera eñ illoꝝ sequū
tur illos ¶ Sextum est quia homines spiritu
aliter ditant. Misericordia eī ē prudētissima
negociatrix. q̃ ppituris eterna recipit. p tpa-
libus celestia. Augustinus. Prebe tectū et ac
cipe celum. Ipa calicē aque frigide p deo tri-
buit et accipit torrentem voluptatis eterne.
Vñ ille seruus q̃ abscondit pecuniā dñi quia
nō habuit misericordiam nihil lucrat⁹ est. Si
eñ expēdisset eā in paupes recepisset cētuplū
Cui⁹ rō ē. q꞉ tātū meret̃ hō. qñtū hʒ de cari-
tate. Charitas. n. ignis ē q̃ ardere nō pot̃ nisi
in oleo misericordie. Et ideo tantū ardet q̃n-
tū ē ibi de oleo. j. Joh. iij. Qui habuerit sub-
stantiam huius mōi ꝛ viderit fratrē suū neces
se habere ꝛ clauserit viscera sua ab eo. quo-
modo charitas dei manet in eo. Augustinus
Nescit negociari qui non habet miam. poti⁹
abscondit bona domini sui q̃ velit alteri mu-
tuare. similis vulpi q̃ potius voluit caudā p ter-
ram trahere q̃ aliquātulū simie dare. Et iō
auferent̃ ab eo. q꞉ nec h̄ eis satiat̃ et in morte
omnia perdit. Job. xxvij. Diues cum dormie-
rit nihil secū auferet. Et nō h̄ q̄ misericordia

in negotiatõe sua semini comparat᷑. iuxta illd ij. Cor.ix. Qui parce seminat pce et metet. et qui seminat in benedictionibus: de benedictõibus et metet. Unusquisq3 prout destinauit in corde suo non ex tristicia aut ex necessitate. Hylarem enim datorem diligit deus. et cetera. Et hoc propter tria. ¶ Primo quia semen absconditur ne ab auib9 comedatur. Sic opa misericordie debent abscondi ne ventus vane glorie ea asportet. Math.vj. Cũ facis elemosinam noli tuba canere ante te sicut ypocrite faciunt i sinagogis 7 i vicis vt honorificent᷑ ab hoib9. Amẽ di.vo.recep.m.s. ¶ Secundo quia dum seminat᷑ perdi videt᷑ cũ tamẽ solus ille sit modus semẽ cõseruandi. Sic elemosina cũ dat᷑ perdi videt᷑. et tamẽ solus ille est modus bona nostra conseruandi. Jsidor9 Terrena oĩa retinendo amittimus: et largiendo seruamus. Math.x. Qui pdiderit animã suam ppter me inueniet eam. glo. quasi dicatur agricole. si fructus seruas perdis si semias renouas. Solas quas dederis semper habebis opes. ¶ Tercio quia semen cũ fenore surgit. Sic opera misericordie centuplũ accipiẽt Math.xix. Centuplũ accipietis et vitam eternam possidebitis. Prouerbior9 decimonono Feneratur dño qui miseret᷑ pauperis. ¶ Septimũ est quia sola opa misericordie habent plenas literas remissionis regis eterni. Mat. vj. Si dimiseritis hominib9 peccata eoru3 dimittet et vobis pater vester celestis delicta vestra. Et econuerso. Judiciũ sine misericordia fiet ei qui non fecerit misericordiã. vt dr̃ Jac. ij. Et sic patet terciũ. ¶ Quarto pmium pro omnibus operib9 misericordie nobis reddendum insinuat cũ di. Mensuram bonã et cfer. et co. 7 supe. da. in si. vestrum. s. pauperes quibus misericordiam tribuistis. Jpi em sunt domini regni celorum. et ideo optime possunt retribuere Math.v. Beati pauperes spũ quoniam ipor9 est regnum celor9. Ubi nota q3 q̃tuor di. de precio. sc3 q3 erit mẽsura bona. conferta. coagitata. et supeffluens. qd̃ tripliciter potest exponi. ¶ Primo fm ordinem danti um. Quida3 enim dant ptem supfluor9 pauperibus. et sic non omnia. Luce.xj. Quod superest date elemosinam. i. de supfluo. Et isti sunt cõmunes hoĩes in matrimonio viuẽtes et in mũdo stantes. Et q̃tum ad hos. d. Mensuram bonã. i. iustam. qr talibus iuste remetietur. et digna merces reddetur. vel hic vel in futuro. Ezech.x. Justicia iusti sup eũ erit. Quidam dant oĩa supflua vite sue. Luce.iij. Qui ha.du.t.det vnã non habenti. Per vnã tunicam intelliguntur necessaria vite. et p secundam supflua. Et isti sunt magis pfecti seruãtes precepta. sed nõ cõsilia. Sic faciebat thobias qui omnia primitiua 7 decimas ccaptiuis fratribus impēdebat᷑. Tho.j. Et q̃tũ ad hos d. confertam. i. manibus compressam. vt nihil vacui sit in ea. quia tales replebunt᷑ vndiq3 bonis. Ps. Qui re. in bo. de. si. de. t. Quidam dãt non solum supflua sed etiam parte3 necessariorum et restringunt vita3 suã vt possint pauperibus benefacere. Luce.xix. Ecce dimidium bonorum meor9 domine do paupibus et si quid defraudaui reddam quadruplum. Exemplum de beato martino qui mediam clamide3 pauperi tribuit. Et q̃tum ad istos di. coagitatam. i. cõquassata3 vt vltra capacitatem capiat. quia tales retributionẽ mercedis habebunt supra speratum 7 supra meritum. Jsaie.lxiiij. Oculus non vi. deus ab. te que ppa. expe. te. Quidã dant omnia et nudi nudum christum sequunt᷑. Math.xix. Ecce eñ reliquimus omnia 7 secuti sum9 te. Et isti sunt viri pfecti qui ñ solu3 precepta sed et̃ cõsilia implent. Math.xix. Si vis perfectus ẽẽ vade et vende omnia que habes 7 da pauperibus. Et q̃tum ad istos di. et supef. i. non rasilem sed vndiq3 effundentem. qr tales nõ habebunt gloriam ad mensuram. s3 excedẽt gloriam alior9. Quia vt d. apl's. j. Cor.xv. Stella differt a stella in claritate. sic et resurrectio mortuoru3. Seminatur i corruptione surget in incorruptione. Sic erit gloria beatorum. Jsti erunt in summo gradu cum christo alios iudicantes. Math.xix. Uos qui reliqui. oĩa et secuti estis me in regeneratõe cũ sederit fili9 hoĩs in sede maiestatis sue sedebitis et vos super sedes duodecim iudicantes. xij. trib9 israhel. Gloria istor9 erit admirabilis omnino 7 supercedens omnem intellectũ. Jsaie.lx. Tunc videbi. 7 af. 7 mira. et dila. cor. tuum quando cõuersa fuerit ad te m'ltitudo maris. ¶ Scdo modo põt exponi fm numerum bonor9 q̃ retribuunt᷑. Nã deus seruis exercentibus pietatis opa omnia bona cõfert. quia ipi sunt filij. si aũt filij 7 heredes. vt di apl's. ad Romanos.viij. Sunt aũt quatuor genera bonoru3

scz bona fortune.nature.grē 7 glorie. Quantum ergo ad bona fortune que sunt diuitie et dignitates et hmōi.di.mensuram bonā .i.plenam: quia de tpalibus dat eis ad sufficientiaz vite.ita q ipsi contētantur. Math.xix. Centuplum accipietis. Centenan⁹ eīn est numerus pfectus. Significat ergo q ipsi accipiant pfectionem 7 sufficientiam in tpalibus vt dicit Greg⁹. Peccatores aūt de temporalib⁹ non habent mensuram plenā qr eis n̄ satiant̄ nec cōtentant̄. Eccls.v. Auarus nō implebit̄ pecunia. Qtum aūt ad bona nature q̄ sunt sanitas.fortitudo.docilitas.industria naturalis 7 huiusmodi dicit cōfertam. Tunc dicit̄ sextarius esse confertus ficubus.quādo ficus sunt ita cōpresse in sextario q nullū vacuū remanz inter ficus vbi possit aer remanere. Peccatores aūt non habent mēsurā cōfertaz ō bonis nature.qr cū ipis possident mltam vacuitatē vbi ventus vane glorie demorat̄. Sed iusti mensuram habent confertam.qr inter bona nature que a deo recipiūt nō habent vacuitatem.vbi remaneat ventus vane glorie qr oīa referunt ad laudem dei.j.Cor.x. Oīa in gloriam dei facite. Qtuz vo ad bona grē q̄ sunt virtutes 7 dona dicit coagitatam.i.concussaz vt plus recipiat qr vt dicit̄ Joh.iij. Nō dat deus spiritum ad mensuram.immo quotidie in viris sanctis auget deus gratias 7 dona. et omni die implet eos opib⁹ virtuosis ex quib⁹ habitus virtutuz q̄tidie pficiunt̄. Greg. Nūq̄ est amor dei ociosus.opat̄ eīn magna si est. Qtum aūt ad bona glorie. que consistunt in visione 7 fruitōne diuina dicit.supeffluen.qr illa excedit oīno conditionem hūane nature. nec homo mortalis posset deū videre. Exodi. xxxiij. Non videbit me homo 7 viuet.ne anima sepata a corpore posset illam gloriā capere nisi sub lumine glorie qd deus creat in aīa Ps. In lumine tuo videbimus lumē. Et iō omne cogitatū omnē desiderium 7 omnē imaginatōem excedit.j.Cor.ij.qd oculus nō vidit.nec auris audiuit.nec in cor hoīs ascendit que prepa.de.his qui diligunt illū ¶ Tertio potest exponi q̄tū ad pfectōnem boni.quod ex operib⁹ misericordie recipiemus. Naz illa gloria erit beata tota et pfecta merces quā ex oīb⁹ operibus nostris 7 ex gratia dei recipie⁹ Gloria autem illa in quatuor perficitur q̄tuz ad nos scilicet in boni cognitione.in boni cogniti amore.in boni cogniti et amati possessione.et in boni cogniti et amati et possessi fruitione. vnde Augustinus dicit q deus fecit hominem vt deum cognosceret.et cognoscendo amaret. amando possideret. et possidendo frueretur. Qtum ergo ad cognitionem dicit mensuram bonam.id est plenam quia plenaz cognitionem habebunt de omnibus. Gregorius. Quid est quod nesciant qui videntem omnia vident. Qtum vero ad amorem dicit confertam.id est solidam. quia solide et non vane amabunt. Qtum ad possessionem dicit coagitatam. quia possidebunt deum in quo sparsa colliguntur. 7 in quo omnia bona sunt vnita. Qtum vero ad fruitionem dicit superefluentem quia gaudium excedet gaudentes.nec ab aliquo comprehendetur sed mentes singulorum superabit. Erit enim supra meritum.supra speratum supra desideratum et supra cogitatum. Eadem ergo mensura q̄ mensi fuerimus remetietur nobis.quia si bene fecerimus bene recipiemus.et si melius fecerimus melius recipiemus.et si optime optime. Et similiter Apocalipsis.decimooctauo. Quantum glo.se et in de.fu.tantum date illi tormen.et luct. Et nota q dicit in sinum vestrum ad significationem.securitatem et quietem illius gaudij. nam bonum cognitum et amatum scilicet ipse deus erit intus in essentia anime.et ideo erit gaudium perfectum securum et quietum. Jsaie.xxxij.capit.dicit̄. Sedebit populus meus in pulcritudine pacis,in taberna.fi.in re.o. Et sic patet quartum.

Quintum sub quadam similitudīe ponit quedam documenta necessaria corrigere habentibus per que a temeraria correctione prohibemur.di. Nunquid potest cecus cecum ducere. Erant enim apostoli futuri orbis terrarum doctores. Mathei.xxviij. Jte et docete omnes gentes. Et ideo oportebat ipsos esse illuminatos.quia cum orbis terrarum esset cecus.et multiplici erroris tenebra excecatus.et per apostolos et eorum sequaces deberet illuminari et ad viam veritatis reduci.necesse fuit vt essent illuminati.quia si cecus ducatur a ceco q̄d restat nisi q vterq3 vadat in p̄cipitiū.immo meli⁹ esset ceco carere duce ceco.qr tunc p̄temptaret baculo viam.sicut formica q̄ ē animal cecutiens p̄temptat quibusdā baculis siue bracijs an̄ oculos

viam. Quicunqȝ ergo debent alios docere in doctrina ⁊ corrigere in vita oportet q̄ sint docti et morigerati. q: cum discipulus non sit super magistr̄. ſ̄ sufficiat ei si ad pfectionē magistri pueniat. tunc si magister ē insciꝰ ⁊ incompositus verisil̄e est q̄ discipulus p magistrū nunqȝ ad perfectionē doctrine ⁊ veritatis p̄ueniat ſ̄ ambo remanebūt in fouea cecitatis. Et ideo pharisei et scribe quos malicia excecauerat non poterāt alios docere et ad viam veritatis adducē ꝯtra quos christus tūc loq̄baẛ. Similiter qui habet trabem in oculo. i. in aliquo peccato mortali tenet̄ nō potest educere festucam de oculo fratris sui. i. non potest exemplo vite ip̄m informare vt careat peccatis. et sit vita ipius sine festuca pu͡oꝝ peccatorū m. Greg⁹. Sapiēt as sordes tergere n̄ valet manus que lutum tenet. Debet em̄ p̄latꝰ subditū informare verbo ⁊ exemplo. Joh. xiij Exemplum em̄ dedi vobis vt quemadmodū ego facio ita ⁊ vos faciatis. Bern. Egregiū instrumentum esset oculus si seip̄m sicut alia videre posset. Et sic videẛ q̄ p̄latus in mortali existens non posset ip̄m docere nec ipsū a peccatis mundare. Sed contra. Doctrina ē quedam elemosina sp̄ualis vt dictū est supra existens aūt in mortali bene potest facere elemosinam corpalem ergo multomagis sp̄ualē cū sit potior corpali. g̊ ⁊c̄. Ad hoc dicendum q̄ peccatum mortale. aut est notorium. et tūc n̄ debet docere: nec mundare ꝑpter scandalū Si autē sit occultū potest vtrūqȝ facere licȝ semp cū detrimēto aīe sue quia quicūqȝ publice ministrat sacramēta in mortali existens g̃uiter peccat. Similiter qui ex officio publice docet. vt quidam dicunt grauiter peccat si in mortali existat. Ro. ij. In quo em̄ aliū doces teip̄m cōdemnas. Secus aūt est de elemosina corpali q: nullum oriẛ scandalum inde sic̄ de doctrina. cuȝ quis est in notorio peccato. Nec qui docet inq̄ntum docet peccat. sed inq̄ntum dat malum exemplum. et ideo ſm q̄sdam ille qui est in peccato mortali occulto licȝ sit indignus docere. tn̄ sine pc̄o potest docere. cum inde nullum scādalū oriaẛ. et doctrina sit quedam elemosina. Et sic pꝫ quintum.

¶ De epistola. sermo. lxxiij.

Non sunt condigne passiones huius tp̄is ad fu. g. q̄re. i nob Ro. viij. Ex dubietate p:emij ⁊ supplicij multi peccāt et n̄ curāt bene agere Si em̄ homo pfecte crederet gloriam padisi et penas inferni. pfecto bene ageret et a malis caueret. Joh. iij. Vt omnis qui credit in ip̄ m̄ nō peat. ſ̄ ha. vitā eternam. Et ideo apostolus in epistola hodierna firmiter probat gloriam futuram his qui patiunẛ p noīe christi dandam. In qua ep̄la quatuor facit. Primo oñdit gloriam futuraȝ esse supra meritum passionū quas hic p christo sustinemꝰ. In principio epistole. Secundo pbat gloriā resurrectionis esse futuram p naturale desiderium hūane creature ibi. Nam expectatio creature reuelationem filioꝝ dei expectat. Tercio pbat idem p naturale desiderium omnis creature. ibi. Scimus ei q̄ oīs creatura inge. et p. vsqȝ adhuc. Quarto idem pbat p desiderium qd̄ habent sancti viri ex reuelatōe spiritussancti q̄ non mentiẛ ibi. Non solū aūt illa sed ⁊ nosipi primitias spiritus habentes intra nos gemimus. Primo g̊ ostendit gloriam futuram eē supra meritum passionū quas hic p xp̄o sustinemus dicens. Non sunt condigne passi. hu. tem. ad futuram gloriā ⁊c̄. Et hoc propter quatuor. Primo quia passiōes sunt temporales momētanee. et gloria eterna tp̄is autem ad eternitatē nulla est comparatio. minus q̄ȝ gutte aque ad totum mare. vel puncti alicuiꝰ ad totum celum. Secūdo q: passiones sunt leues. gloria aūt est ponderis infiniti Et de his duob̄. ij. Cor. iiij. Id em̄ qd̄ in p̄senti et momentaneum ⁊ leue tribulatiōis nostre supra modum in sublimitate eterne glorie pondus opaẛ in nobis. Tercio quia tribulationes in paucis malis sunt. gloria xō in multis bonis. Sap. iij. In paucis vexati in multꝭ bene disponētur. Ecci. lj. Modicuȝ laboraui et inueni mi. mul. re. Math. xxv. Sup pau. f. fi. s. mu. te cōsti. Quarto quia he sunt impure Sicut em̄ gaudiū mūdi nō ē purū. iuxta illud Prouer. xiiij. Risus dolore miscebitur. Sic et mundi passio nō ē pura. q. Cor. j. Qui consola. n. in om. tribu. nostra. Ps̄. Scd̄m multitudinem dolorū meoꝝ in cor. m. ꝯso. t. leti. ani. m. Et nota q̄ q̄uis passiones nō sunt condigne ad futurā gloriā. sunt tamē valde cōgrue et quasi necessarie ad pueniendū ad illā gloriam ꝑpter multa bona q̄ habent efficere q̄ bona oportet habere volentem ad illam gloriā peruenire. Hec autem bona sunt septem.

B ¶ Primum quia tribulatio mentem

illuminat. Grego. Oculos quos culpa claudit pena aperit. Unde ille diues epulo non eleuauit oculos nisi quando fuit in tormentis. Lu. xvj. et tunc cognouit lazarum. Et de nabuchodonosor dicitur quod postquam factus fuit bestia leuauit oculos ad celum. Dan. iiij. Post finem dierum ego nabuchodonosor oculos ad celum leuaui et redditus est mihi sensus meus. Hec illuminatio figurata est in illuminatione thobie qui felle piscis posito super oculos visum recepit. Thobie. xj. In amaritudine fellis intelligitur amaritudo tribulationis. Ysaie. xxviij. Tantum vexatio dabit intellectum auditui.

¶ Secundum est quod corroborat homines sicut ignis laterem. quem tamen videtur comburere. Ro. v. Tribulatio patientiam operatur. patientia autem probationem ¶ Nota hic quod ignis laterem corroborat. et lapidem terit in calcem. sic tribulationes humiles. qui se lutum reputant. Exemplum huius habemus in iob in pharaone. Et ille eedem aque que fuerunt pro muro a dextris et a sinistris filijs israhel. suffocauerunt viros egiptios. Et ideo dicit Grego. Nam nisi idem deus qui penam irrogat, patientiam prestet ipsa correptio peccatum auget. Sic erat corroboratus apostolus in tribulationibus qui dicebat Omnia pos. in eo qui me confor. Ph. iiij. Et iterum. Omnia sustineo propter electos vt ipsi sal. cose. q. Thi. ij. ¶ Tercium est quod purgat animam a peccatis. Greg. Quod flagellum grano. quod lima ferro. quod fornax auro. hoc tribulatio viro iusto. Malac. iij. Sedebit conflans et emun. ar. et purgabit filios leui. Sed de quibusdam dici potest illud Hiere. vj. Frustra conflauit conflator malicie eorum. non sunt consumpte. argentum reprobum vocate eos. Maledictum ferrum quod ex lima contrahit rubiginem ¶ Quartum est quod desiccat. desiderium ab aquis deliciarum. et per consequens conseruat quia humidum corrumpit. Unde carnes conseruando sallantur. vt humiditas a sale consumetur. Tribulatio est mirra a putrefactione conseruans. Hac mirra totum corpus christi fuit inuolutum. Hec paulum custodiuit ne superbiret. ij. Co. xij. Ne magnitudo re. extol. me. da. est mi. stimu. car. me. ang. sath. qui me col. ¶ Quintum est quia facit hominem ad deum velocius currere. Equus piger non currit bene sine calcaribus. Tribulatio autem est quasi quidam stimulus. Greg. Mala que nos hic pre. ad deum ire. compel. Homo enim in tribulatione positus cogitat aliam vitam et ad eam ire desiderat. Phili. j. Cupio dissolui etc. ¶ Sextum est quia est quoddam signum quod sumus filij dei et ab eo dilecti. Hebre. xij. Quod si extra disciplinam estis. ergo adulteri et non filij estis. Quem enim dominus diligit corrigit et castigat flagellat autem omnem filium quem recipit. Filius enim debet incedere per viam patris. via autem christi patris nostri fuit ipsa tribulatio ab ipsis cunabulis. Et ideo si incedimus per viam tribulationis signum est quod vt filij veri sequimur patrem nostrum christum. Multa enim et continua prosperitas non est bonum signum sed est signum quod ibi non sit deus. Job. xxviij. Non inuenitur in terra suauiter viuentium. Unde christus quesitus a magis non fuit inuentus in palatio regis herodis sed in angusto vie. Hic cadit exemplum de beato ambrosio quando fuit hospitatus cum quodam milite qui dixit se multa prosperitate potiri et nulla aduersitate molestari. Quo audito beatus ambrosius recessit et noluit cum eo hospitari. et sequenti nocte domus cum omnibus profundata est Istud est illud signum de quo dicitur in Ezech. ix. Signa thau super frontes virorum gementium Thau est crux christi. i. amaritudo crucis christi. quam pro signo filij dei ferunt in corpore. Galla. vj. Ego enim sti. do. no. ihe. christi in corpore meo porto. ¶ Septimum est quia est quoddam pignus hereditatis eterne. quia cum ad illam hereditatem possidendam non perueniatur nisi per multas tribulationes. iuxta illud. Act. xiiij. Per multas tribu. op. n. intra. reg. dei. et arta sit via que ducit nos ad vitam. qui in huiusmodi via est inter tribulationes constitutus iam habet pignus. quod ad hereditatem perueniat quia perambulat viam rectam illuc ducentem. ij. Thi. ij. Si sustinebimus et conregnabimus. Ro. viij. Si tamen compatimur vt et glorificemur

¶ Et nota quod inter passiones et tribulationes vtilissima est passio corporalis infirmitatis et hoc propter quinque. ¶ Primo quia ipsa est quedam diuina correctio et pro peccatis punitio. et ideo libenter et cum patientia est tolleranda. Job. v. Beatus vir qui corripitur a domino. Aug. Domine hic vre hic seca vt in eter. par. Correctio autem diuina ex magno amore procedit. Ysa. xj. Egredietur virga. i. correctio de radice yesse. i. de incendio amoris. yesse enim incendium interpretatur. Apoca. iij. Ego quos a. ar. et ca. Exemplum de infirmo disperato cui medicus dat quicquid petit. Infirmum autem quem credit sanari dietat valde et amara medicina potat.

¶ Secundo quia ipa est quedam dei citatio
vt homo compeat coram deo. vel ad audien-
dam sententiā. si infirmitas talis sit mortalis.
vel ad se purgandum si non sit mortalis. Et
ideo in infirmitate hō dꝫ se pare. vt si sentētia
sit cōtra ipm faciat eam mutare ꝑ veram con-
tritōnem et cōfessionem. Quia vt di. Greg⁹
Et si dn̄s nō mutat consiliuꝫ. tn̄ aliqn̄ mutat
sententiā. Exemplū in ezechia cui de⁹ muta-
uit sententiā. quia contrit⁹ fleuit. Vel debꝫ se
parare vt possit se purgare coram deo. qꝛ ibi
est aduersarius noster qui incessanter nos ac-
cusat. Job. j. Cum assisterent filij dei corā deo
affuit inter eos etiā sathan scꝫ ad hoīes accu-
sandū. ¶ Tercio qꝛ ipa carnem spūi subycit.
et facit rationem dn̄ari et ꝑ consequēs virtu-
tes in nobis habitare. ij. Cor. xij. c. Libenter
gloriabor in infirmitatibus meis. vt inhabi. in
me vir. xpi. Cum em̄ infirmor tunc fortior suꝫ
et potēs. ¶ Quarto qꝛ ipa inimicū hominis
scꝫ concupiscentiā carnis eneruat et quasi ex
tinguit. Ecci. xj. Malicia. i. infirmitas vnius
hore obliuionēꝫ facit luxurie magne. ¶ Quī
to quia ipē facit hoīeꝫ ꝺ morte cogitare. Vn̄
ezechias infirmatus dixit. Ego in di. dic. me.
va. ad por. inferi. Isa. xxxviij. Et faciet etiam
facta sua disponere. Ibidē. Dispone domui
tue qꝛ morieris tu et non viues nihil aūt ē vti-
lius ꝙꝫ de morte et de alia vita cogitare. qꝛ ex
hoc cauet homo ꝺ peccatis. Isa. vij. Memo
rare nouissima tua et ineter. nō pec. Legitur
in vitaspa. ꝙ quidā abbas discipulo infirmo
petenti sanari respondit. Rem tibi necessariā
petis amoueri. qꝛ si ferrum es ꝑ infirmitatem
rubiginem amittis. Si aurū es ꝑ ignem ꝓba
tus. ad meliora ꝓueheris. ¶ Quia ergo in-
firmitates et tribulatōes sunt ita vtiles et etiā
sunt via ad celum ducentes. ideo sunt valde
congrue ad ipam gloriam futuram possiden-
dam. et ideo libenter debemus eas sustinere.
Et si volumus eas libenter et cum patientia
sustinere. debemus habere oculos mentis ap
tos. Unum scꝫ ad gloriam paradisi. quam ꝑ
passiones acquirimus. Quia vt dicit Greg⁹
consideratio premij minuit vim flagelli. et al-
terum ad penas purgatorij et inferni. quas ꝑ
passiones euadimus. Augustinus. Ideo diui
na bonitas irascitur in hoc seculo ne irascatur
in futuro: et misericorditer adhibet tempora
lem seueritatem. ne eternam iuste inferat vltō
nem. Et sic patet primum. ¶ Secundo apo
stolus probat hanc gloriam esse futuram. per
desiderium humane creature. Et est talis ra-
tio. Naturale desiderium hominis nō potest
esse frustra quia demonstraret imperfectionē
facientis qui tale desiderium posuit et fecit in
homine. Exemplum de fenestra domus que
nunꝙꝫ deberet aperiri. manifestuꝫ essꝫ ꝙ talis
fenestra esset frustra. et per consequens ma-
gister qui fecit eam non fuit perfectus. Sed
omnis homo naturaliter desiderat perfectuꝫ
bonum quod est gloria dei. que in reuelatōne
filiorum dei dabitur. Huius rationis maior
est notissima. et ideo ipsam silet. Minorē aūt
ponit et probat. Et hoc est quod dicit. Be-
nedico ꝙ futura gloria reuelabitur in nobis.
quia expectatio creature. i. hominis. qui ē om
nis creatura eo ꝙ habet cōuenientiam cū om
ni creatura vt dicit Gregorius. scꝫ eē cum ele
mentis. viuere cum arboribus. sentire cū ani-
malibus ⁊ intelligere cum angelis. vel quia est
finis omnis creature. Marci. xvj. Predicate
euangelium omni creature. i. homini. Expe-
ctatio inquam hominis. i. naturale desideriū
hominis expectat. i. expectando desiderat re-
uelationem filiorum dei id est desiderat glori-
am dei quam filij dei habebunt quando ostē-
dentur esse filij dei scꝫ in beata resurrectione. j.
Job. iij. Filij dei sum⁹ ⁊ nō dū apparuit quid
erimus. cum autem apparuerit similes ei eri-
mus. Et benedico ꝙ homo naturaliter expe
ctat illam gloriam futuram. quia ipa creatura
i. homo subiecta est multe vanitati corruptō
nis et mutabilitatis quā vanitateꝫ homo nō
vult. quia omīs homo naturaliter refugit ma
lum. Sed deus ex iusticia ꝓpter pc̄ta primo
rum ꝑentū subiecit eam. i. hominē illi vanita-
ti corruptionis ⁊ mutationis. Gene. ij. Qua-
cunqꝫ die co. morte mo. Subiecit tamē eam
illi vanitati in spe finaliter liberandi ab illa va
nitate corruptionis et mutationis. scꝫ in glo-
ria filiorum dei. Tunc em̄ homo liberabitur
a seruitute corruptionis et mutationis. j. Co.
v. Nouissime auteꝫ inimica destruetur mors
Et iterum. Oportebat aūt corruptibile hoc
induē incorruptōnē. Et sic ptꝫ scōm. ¶ Ter
cio ꝓbat idē. s. ꝙ futura gloria reuelabit̄ i no-
bis ꝑ desideriū oīs creature. Et ē rō tal. Na
turale desiderium omnis creature nō potest
frustrari. quia vt dictū ē ōnderet imꝑfectōnē
cōdētis creaturā qꝺ ē impossibile. Sꝫ oīs cre
¶ Tercio quia de magna equitate gaudet dicens. Non sum sicut ceteri hominum.quod tale est ac si quis gauderet quod esset monstrum in natura ¶ Quarto quia ipse venerat ad orandum et non orat sed laudat se dicens. Gratias ago tibi domine quia non sum sicut ceteri hominum quod est stultum.scilicet se laudare coram deo qui omnia nouit. Secus esset coram hominibus qui ignorant facta aliorum. ¶ Quinto quia infirmitates suas abscondit ei.a quo sanari deberet dicens se se nullum morbum habere.quia dixit non sum raptor iniustus neque adulter. Boeti. Si operam medicantis expectas oportet vt vulnus detegas. Prouerb.xxviij. Qui abscondit scelera sua non dirigetur. Sexto quia elemosinam petiturus diuitias suas ostentat.quod tale est ac si quis iret petendo elemosinam manibus plenis aureis. In oratione enim homo petit a deo elemosinam spiritualium bonorum. Et ideo debet facere sicut pauperes qui ostendunt omnes miserias suas et magis ostendunt se miseros quam sunt. Et sic patet oratio pharisei que fuit presumptuosa effrontuosa superba contumeliosa mendosa et fatuosa. A ¶ Secundo describitur oratio publicani que fuit per contrarium bona. Nam fuit timorosa.pudorosa dolorosa accusatoria vera et sapientia plena ¶ Primo fuit timorosa quia propter multitudinem peccatorum timebat appropinquare sanctis.et ideo a longe stabat quod est contra multos qui cognoscunt se magnos peccatores et sedent iuxta altare et iuxta sacerdotes. Et nota hic de osa quem dominus interfecit quia tetigit arcam.ij. Regum.vj. Hic cadit exemplum quod recitat beatus Greg. in dyalogo.de illa domina:que cum de nocte polluta esset a viro.iuit de mane ad dedicationem oratorij sancti sebastiani et tetigit reliquias eius.et statim inuasa est a dyabolo. ¶ Secundo fuit pudorosa.quia non audebat oculos ad celum leuare.quia celi agmina per peccata offenderat.et celum amiserat ideo pre verecundia non audebat celum respicere. Unde ecclesia cantat.non sum dignus videre altitudinem celi pre multitudine iniquitatis mee ¶ Tercio fuit dolorosa.quia percutiebat pectus suum.sub quo est cor.quod magno dolore percutiebatur interius magisquam pectus exterius. Uere peccator debet summe dolere quia pro tam modico bono amittit tot bona et incurrit tot pessima mala. Sic doluit magdalena et percussa fuit in corde. ¶ Quarto fuit sui accusatoria.quia solum accusabat se et reum reputabat. Ps. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco.ij. Regum.xxiiij. Ego sum qui peccaui ego inique egi. ¶ Quinto fuit vera.quia sicut habebat in corde.ita loquebatur ore.et sicut erat interius.ita ostendebat se exterius. Eccli.xiiij. Non confundaris pro anima tua dicere verum:quod est contra multos qui stant in ecclesia ad orandum et aliud habent interius quam quod ostendunt exterius.quia recipiunt osculum pacis et nolunt pacem.et dicunt. Dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.et tamen non dimittunt suis offensoribus offensas. Et ideo non recedunt iustificati sicut hic publicanus quia eis nihil dimittitur. sed huic publicano omnia sunt dimissa.in quo pensare debemus magnam dei misericordiam in humilem publicanum. Non audet publicanus appropinquare et deus appropinquat.non audet ad celum respicere.et deus respectu misericordie eum respicit.penas a se exigit et deus ei parcit.culpam suam cognoscit et deus ei ignoscit. Sic humilis non audet appropinquare vt deus appropinquet.non aspiciat vt deus aspiciat.premit conscientiam sed spem subleuat.percutit pectus et penas a se exigit. vt deus parcat. confitetur vt deus ignoscat. Ignoscit deus vt ille agnoscit. ¶ Sexto fuit sapientia plena quod patet quantum ad sex opera sapientis. B ¶ Primo ad sapientem pertinet primo seipsum considerare. Prouer.xvij. Oculi stultorum in finibus terre.sapientis autem oculi in capite suo. Sic iste oculos continebat submissos ad considerandum pessimum quod nunc fuerat. Secundo facta sua ad debitum finem or-

dinando.quia sapientis est ordinare.j. Cor.
xiiij. Omnia s̄m ordinem fiant in vobis. Sic
iste orationem suā optime ordinauit ad iustifi
catōnē et veniā consequendam. qr descendit
iustificatus in domū suam.¶ Tercio ad sapi
entem ptinet a malo recedere ⁊ ad bonū ap-
propinquare. Job.xxviij. Timere deū ipsum
est sapientia et recedere a malo intelligentia.
Sic iste recessit a peccatis ⁊ venit ad oratiōꝫ
¶ Quarto ad sapientem ptinet res iusto p̄-
cio appreciari.nā ad sapientem ptinet vnam-
quāqꝫ rem tanti existimare quanti habenda
est. Sic iste existimauit dū melius oīm puta-
uit gratiam dei habere ⁊ ei reconciliari. Et iō
omnibus dimissis iuit ad templū ꝓ gratia dei
habendam quā secū r̄portauit. Mat.xiij. Si
mile ē regnū celoꝝ homī ne.querenti bo.mar.
inuenta aūt vna p̄ciosa mar.ven.om.q̄ ha.⁊ e.
eam.¶ Quinto ad sapientē ptinet vltimū
finem considerare.nam sapientia de altissima
causa ē.s.de deo q̄ ē vltim⁹ finis. Sap.vj. Co
gitare em̄ de ista sensus est cōsumatus. Hie-
re.ix. In hoc glorieť qui gloriatur scire ⁊ nos
se me. Sic ille vltimū finem in sua oratione cō
siderauit.s.deo cōiungi cui homo in oratione
coniungiť. Nam vt dicit damascenus. Ora-
tio est mētis ascensus in deum. Unde oranti
bus apl'is sp̄ūssanctus sup eos venit.¶ Se-
xto ad sapientem ptinet meliora eligere. Un̄
apostolus d.ꝙ sapientes sunt bene et multū
cōsiliatiui vt meliora eligant. Prou.xj. Ubi
multa cōsilia ibi multa salus. Sic ille meli⁹ ele-
git.s.seip̄m hic punire et iudicare. Unde p-
cutiebat pectus suum se reum dicens.j. Cor.
xj. Si nosmetip̄os diiudicaremus nō vtiqꝫ iu
dicaremur. Un̄ Aug⁹. Dn̄e hic vre hic seca.
vt ineternum mihi parcas. Et sic ptꝫ oīo pu
blicani.q̄ ita fuit fulta bonis.sicut oratio pha
risei malis. Eccli.xxxiij. Unū contra vnū ma-
lum contra bonum. Iuxta magnā vallē semp
magnus mons ē. Et sic pꝫ scdm̄.¶ Tercō in
fertur vtriusqꝫ orationis finis.qr publicanus
fuit iustificatus ꝓpter humilem oīonē.phari
seo ꝓpter supbiam suā remanente in fecibꝫ su
is. Ubi est argumentū ꝙ melior est peccator
hūilis qꝫ iustus supbus. Aug⁹. Audeo dice-
re superbis esse vtile in aliquod apertū mani
festam pcc̄m incidere.vt sibi displiceāt qui iā
sibi placēdo ceciderāt. Salubri⁹ ei petrus di
splicuit sibi qn̄ fleuit qꝫ placuerat qn̄ negauit
In fine aūt reddit ratonē huius diuersitatis
cum qua infert sentētiam generalē d.ꝙ oīs q̄
se exaltat humiliabiť.et econuerso.q̄ sn̄ia ē fir
mata coram deo ⁊ scripta ⁊ publicata in mun
do.qr omīs q̄ se hūiliat coraꝫ oculis ꝓxiīs.ex
altabitur coram oculis dei ⁊ in presenti et i fu
turo. Et qui modicū humiliat modicū exalta
tur.et qui multū multū.et qui nihil nihil. Qr
em̄ christus se sup omēs hūiliauit.iō sup om
nes est exaltatus.s. Phi.ij. Semetip̄m exinani
uit. Et sequiť. Propter qd deus exaltauit il.
&c. Et quia beata v̄go p⁹ xp̄m sup oēs hūili
auit se.ideo p⁹ xp̄ꝫ sup oēs exaltata fuit. Lu.j
Quia re.hu.an.sue. Et qr iohānes p⁹ christū
sup omnes se humiliauit.ideo a xp̄o sup oēs
est exaltatus ⁊ cōmendatus. Et qr achab mo
dicū se humiliauit.qr foris secus ambulans di
misso capite indut⁹ cilicio.iō de⁹ paꝝ ip̄ꝫ exal
tauit dn̄s vsqꝫ ad mortē sn̄iaꝫ deiectiōis.iij.
Regum.xviij. Nonne vidisti achab humilia
tū coram me ꝓpter quod nō inducam malum
in diebꝫ eius. Et econuerso de supbia. quia
qui multū supbit multū deprimiť.⁊ qui mo-
dicum modicū. Quia namqꝫ lucifer multum
supbiuit multū fuit depressus cū tota comiti-
ua sua. Et similiter primi parentes qui sentē-
tiam grauissimā in se ⁊ sua posteritate recepe
rūt. Et qr nabuchodonosor minus supbiuit
min⁹ fuit depressus.s.septē ānis quibꝫ stetit cū
bestijs.⁊ p⁹ ea r̄stitut⁹ ē.vt ptꝫ. Dan.iiij. Qui
aūt iacz imo n̄ p̄t cadē. Et sic ptꝫ totū d euan.

¶ De epistola.sermo.lxxxvij.

Notum facio vo
bis euangelium qd p̄dicaui vobis
j. Cor.xv. Hec est pars secunda
toti⁹ prime epistole coꝝ. In qua postqꝫ egit
de donis sp̄ūssancti.agit de resurrectione mor
tuoꝝ.⁊ qr resurrectio xp̄i ē causa nostre resur
rectionis.qr vt dicit infra.si xp̄c resurrexit et
nos resurgemus.iō ꝓbata xp̄i resurrectōe ꝓ-
bata erit et nostra. Et idcirco p̄io in hac epi
stola ꝓbat christi resurrectiōem.in qua qua-
tor facit.qr em̄ anteqꝫ xp̄c resurgeret.resurre-
ctio mortuoꝝ erat valdē difficil' ad credēdū.et
apud multos quasi impossibilis videbať.ꝓp̄
quod p quoddā dictū dei. Exo.iij. christ⁹ eaꝫ
ꝓbauit dicens. Ego sum deus abrahā deus
ysaac deus iacob. Nō ē deus mortuoꝝ s̄ vi-
uentiū. Ideo ap̄ls in hac pte primo ponit ꝓ-
logū in q̄ reddit auditores beniuolos ⁊ attē-
tos ad ꝓbationem resurrectionis audiendū.

In principio epistole. Secdo ipam xpi resurrectionem pbat p scripturas que sunt testionium ad credendū ibi. Tradidi eni vobis in primis. qd et accepi qm xpc mortu est. Tercio idem pbat p testimoniū multoꝝ qui viderūt xpm resuscitatum ⁊ p suū. q: etiam paulꝰ ipm vidit quoꝝ testimoniū nullatenus ē spernendum. ibi. Et q: visus ē cephe. et pꝰ hoc vndecim. Quarto ostendit q suum testimoniū est ydoneum ad credendum ibi. Gratia dei sum id quod sum et gratia eius in me vacua nō fuit. Primo ḡ ponit quendā plogum i quo reddit auditores beniuolos et attentos dic. Notum facio vobis fratres scʒ in fide ⁊ dilectione euangeliū. i. bonam ⁊ verā et salubrem annūciatōnem. Et nota q euangeliū aliquādo sumit stricte. p his tantū q̄ in quatuor euāgelistis continent. aliquando euangeliū nūciatio appellat p quam puenitur ad regnū eternum. et sic accipit hic. glo. sup illud. Marci. j. Initiū euangelij. euāgeliuʒ ē nunciatio p quā pprie ad regnū celoꝝ ⁊ ad remissionē pctōꝝ peruenit. dicit ḡ. Notum vobis facio euangelium qd predicaui vobis scʒ als. quod et accepistis. i. acceptastis. in q̄ et statis scʒ in ipo pseuerādo p gratiā fidei et dilectionis dei. p qd ⁊ saluamini. scʒ iam in spe ⁊ tandē saluandi i re. si tamen tenetis tanq̄ memores ⁊ attenti quarōe predicauerim vobis. i. q̄ fine. q: vt vos lucrarer xpo. ij. Cor. xij. Non q̄ro vestra ḡ vos nisi frustra credidistis. q. d. non tenuisse quomodo p̄dicaui ē frustra credidisse qd ē magnū damnū. Haymo. Frustra credit qui ab ipa fide pꝰmodū recedit. Nota ḡ q i hac pria pte ad duo monemur. scʒ ad audiendū verbū dei et ad obseruandū et tenendum opus. Primo monemur ad audiendū euāgelium. i. bonam annūciatōem. id est verbuʒ dei. Et hoc pter quinq̄ bona q̄ facit in audiente. ¶ Primo illuminat intellectum de credendis. de sperandis. de amandis. de agendis. ⁊ de omnibus necessarijs ad salutem. Act. xx. Non eni subterfugi quo minus annunciarem vobis omne consilium dei. Psalmista. Lucerna pedibus meis verbum tuum et lumen semitis meis. ¶ Secundo facit recipere fidem q̄ ē fundamētū oīm bonoꝝ. ⁊ nihil ē hoī sine ipa. Roma. x. Ergo. fides ē ex auditu. auditꝰ aūt p verbum dei. p quam aīa desponsat xpo. Osee. ij. Sponsabo te mihi in fide ¶ Tercio inflamat affectum. In p̄dicatōe eni monstrat q deus ē sommū ⁊ pfectum bonū. oīa bona in se cōtinens. Oia alia bona sunt bona fallacia ⁊ impfecta. et ideo aīmus auditoꝝ accendit ad ipm sup omnia diligendū q: bonū non mouet voluntatem nisi cognitū. cognitū aūt mouet. q̄a vt dicit phūs. Bonū est quod omia appetūt Hoc optime ptʒ Act. x. vbi dicit. q loquente petro cecidit spūssanctus sup oēs qui audierunt verbū ¶ Quarto monet ad penitētiā predicator eni ostendit mala que peccator p peccatum incurrit. que sunt infinita. et bona que perdit que similiter sunt infinita. Ostendit etiam q̄ vile et bestiale ⁊ periculosum est in peccato manere quia si moreret statim ad inferna descenderet. que omnia considerās peccator nisi sit omnino bestia conteritur et redit ad penitentiam. Actu. ij. His auditis cōpuncti sunt corde et dixerunt ad petruʒ et reliq̄s apostolos. Quid faciemus fratres. Et ait petrus. Penitentiam agite. Hoc ē contra multos qui dicunt. quare vado ad predicationeʒ et quo non facio quod dicitur. Ego scio quid debeo facere. Talis errat q: frequenter hō conpungit in p̄dicatōne vt dictū est. ⁊ venit malus ad predicatōem ⁊ redit bonus cuʒ bono pposito. ¶ Quinto facit tpalia cōtemnere. In predicatōe eni oñdit q oīa bonā tēporalia scʒ diuitie delicie et honores ⁊c. ducunt ad dolorosum finē. q: vel hō dimittit ea p mortem. vel ipa dimittūt eū p aduersaʒ fortunā. ⁊ q quicūq̄ ipa dimittit habebit bona eterna. qd cōsiderās hō sapiens contemnit et relinquit ea. Sic apli audiētes xpm p̄dicare oīa dereliq̄rt. Mat. xix. Ecce nos rel. o. et sec. su. te. Secūdo monemi ad tenedū ⁊ standū p opꝰ in sermōe dei ⁊ ḡ ppt q̄tuor. ¶ Primo q: nisi in sermone dei n̄ri maneamꝰ oīa bona frustrant in nobis ⁊ gloria dei et passio xpi et merita sanctoꝝ ⁊ sacra eccl'ie et dona ⁊ virtutes ⁊ bona nature et fortune ⁊ ḡtie. ac etiaʒ bona q̄ feciꝰ ⁊ breuit oīa sunt frustra ⁊ n̄ inducūt debitū finē pmanēte in sermōe dei. Eccl's ix. Qui offen. in vno mul. bo. pdet. ¶ Secdo q: pmanētia i s'mōe dei fac discipulū xpi qd ē magꝰ q̄ eē cardialē pape. Joh. viij. Si man. in ser. m. ve. disci. mei erit. ¶ Tercō fac hoīeʒ liberꝝ. Joh. viij. Si manseritis in sermone me. ve dis. m. erit. et cognoscetis veritateʒ et veritas liberabit vos. Nā real' obseruantia eripit hoīē de seruitute dyaboli ⁊ vicioꝝ ⁊ trāsfert i libtatē ḡlie filioꝝ dei. Gal'. iiij. Itaq̄ nō su-

mus ancille filij s̄ li. q̄ li. christ⁹ nos li. Quod sic patet. Sicut dicit phus. Liber est qui est causa sui. Seruus aūt ē q̄ ē cā alterius q̄ non opat̄ sibi s̄ dño. Et s̄m hūc modum obseruans sermonem dei. ē liber. qz oīa bona que facit sunt sua. j. Cor. iij. Omia vestra sunt vos autem christi. xp̄c aūt dei. Peccator aūt oia perdet. qz animam aufert dyabolus. corpus comedunt vermes. et bona tempalia auferūt consanguinei. et sic est causa alterius. Qr̄to facit hoīem immortalem. Joh. viij. Si q̄s sermonem meū seruauerit mortem nō gustabit ineternum. sed transit de morte ad vitam. Quia mors nature cōuertit̄ in vitam glorie. Et ideo non debet dici q̄ moriat̄. s̄ q̄ tunc incipit viuere. qz vt dicit phus quādo introducitur pfectior et nobilior forma ⁊ abijcit̄ impfectior talis nō debet dici corruptio s̄ generatio. vt qñ corpi hūano infunditur anima ratōnal̄. q̄uis aīa sensitiua ⁊ vegetatiua corrūpantur. tñ dicit̄ q̄ tunc homo generat̄. Et sic pz primū. ¶ Scd̄o xp̄i resurrectōez pbat p scripturas dicens. Tradidi. n. vobis in primis. i. inter prima et maxia que vobis p̄dicaui. s̄ fuit vnū scz q̄ xp̄c mortuus ē p pctis nostris. et sepultus et tercia die resurrexit sicut scripture testant̄. Nam de ei⁹ morte Jsaias ⁊ Hieremias testant̄ aperte. et sil'r Daniel qui ait. Post lxx. ebdomadas occidet xp̄c Danie. ix. De sepultura dicit̄ Jsa. liij. Dabit impios p sepultura et diuites p morte sua. Jn eodē. xj. Erit sepulcz eius gloriosum. De resurrectiōe xp̄o dicit̄ Osee. vj. Uiuificabit nos post duos dies ⁊ in die tercia suscitabit nos. Et sic pz scd̄z ¶ Tercio postq̄z pbauit xp̄i resurrectōnem per scripturas. pbat eandem p testimonium. hoīm dicens. q̄ xp̄c post resurrectōem visus est cephe. i. petro. vt pz Lu. xxiiij. et post hoc vndecim. vt pz Joh. xx. Deinde visus ē pl⁹ q̄z quingentis fratribus sil'r ex quibus mlti manent vsqz adhuc. pmpti si opus est ad testificandum hoc. Quidam dormierunt. i. mortui sunt. hoc ex euangelio ostendi nō potest. Deinde visus est iacobo. nec pōt h̄ ostēdi ex euāgelio. Et dicit̄ hic iacobus fuisse iacobus alphei qui fuit epūs hierosolomitanus de quo di. Haymo. q̄ in pasceue vouit se nō comesturum donec videret xp̄m a mortuis resuscitatum. Deinde visus ē ap̄lis omnibus et hoc in die ascensionis vt pz Mar. xvj. et Actu. j. Et nota hic q̄ nō facit mentionē de apparitō

nibus que facte sunt mulieribus. qz olim mulieres nō recipiebant̄ in testimonium. Nouissime aūt omniū apostolorū visus est et mihi. vt pz Actu. ix. Dixit ananias. Salue frat̄ domnus noster hiesus xp̄c misit me qui apparuit tibi in via qua veniebas tanq̄z abortiuo. q. di. Bene dico nouissime quia abortiuus suz inter apostolos. Uocat se abortiuū quia q̄si extra tempus natus est. et qz violenter natus et quasi coact⁹ cōuersus ad dominum. vel qz minor alijs cōsideratōe status preteriti. Et h̄ est quod subdit. Ego sum minim⁹ apostolorum. s̄m temporis successionem qui non sum dignus vocari apostolus. qz psecutus suz ecclesiam dei. Act. ix. Saulus adhuc spi. mi. et ce. in dis. do. ¶ Moraliter ex hoc secūdo ⁊ tercio mēbro ad nostrā edificatōem tria recipere debemus. ¶ Primū est vt pcīm summe caueamus ⁊ detestemur. quia p ip̄o delēdo mortuus ē filius dei. Ro. iiij. Traditus ē ppter delicta nostra. et resur. ppter iu. Dicit̄ de adam q̄ videns abel filium suum mortuū ⁊ considerans q̄ nisi peccasset non fuisset mortuus fleuit pcīm suum centum annis. in quadā valle se tanq̄z in carcere recollocās. quāto g̊ magis debemus abhorrere peccatū. cuz filius dei sit p ip̄o mortu⁹. Nos eīt ex pcto q̄tuor mortes incurrimus. ¶ Prima ē vita amara q̄ in hac valle miserie viuim⁹. q̄ morti equipatur Eccli. xxx. Melior ē mors q̄z vita amara. De q̄ dicitur Genesis. ij. Quacunqz die comederis ex eo. morte morieris. i. amare viuere incipies. ¶ Secunda ē sepatio gratie dei ab aīa p culpā. ppter qd̄ oēs nascuntur filij ire. vt di. iob. ¶ Tercia ē sepatio aīe a corpe ppter qd̄ oēs moriuntur. Ro. vj. Stipendia pcti mors. ¶ Quarta ē sepatio aīe a deo ⁊ a vita beata omnes istas quatuor mortes incurrimus per peccatum factuz per primos parentes. ⁊ ido multum debemus timere peccare. quia si peccauerimus omnes istas quatuor mortes peiores sine comparatione sentiemus et maxime quartam scilicet separationem anime a deo ⁊ vita beata. quia cum hoc deputabimur supplicijs eternis q̄uis supplicium eternum principaliter consistat in separatione anime a deo vt dic. Crisostomus. Quod supplicium non incurrimus ex primorum parentum peccato. sed ex proprijs peccatis. quia qui solum cum peccato primorum parentum mortui sunt de tali separatione nullam penam habēt. ¶ Se

cundum est vt christo moriamur sepeliamur et resurgamus. ¶ Primo debemus mori cū christo in cruce penitētie. Math. xvj. Si quis vult venire post me abneget semetipm. i. vitam carnalem. 7 tollat crucem suā scz penitentie 7 sequatur me. Sicut faciebat apl'us qui dicebat. christo cōfixus sum cruci Galla. ij. Et iterum. Ego em̄ stigmata dn̄i nr̄i iesu xp̄i i corpe meo porto. Gal. vj. Et ad h' vt penitentia sit facilior debemus de omnib' amaris 7 duris q̄ xp̄c p nobis sustinuit facere vnū fascē et in corde nr̄o ponere. Can. j. Fasciculus mirre dilectus meus mihi inter vbera mea cōmorabit'. Et tunc omnia amara hui' vite dulcorant' 7 omnē passionem patienter feremus. Greg'. Si passio dn̄i ad memoriam reuocetur. nihil est adeo durū qd non equo anio toleret'. Quod figuratū fuit qn̄ filij israhel venientes in marath inuenerūt ibi aq̄s amaras quas nō potuerunt bibere. 7 dn̄s oñdit moysi signū quod mittens moyses in aquas statī dulcorate sunt Exo. xv. ¶ Secundo debemus sepeliri cū christo. vt sicut aīa christi ad inferos descendit corpore cum tumulo remanente. ita 7 nos debemus ad infernum p animi cogitationem ire. Isa. xxxviij. Ego dixi in dimidio dierū meorū vadam ad portas inferi Debemus em̄ quotidie cogitare penarum inferni acerbitatē. De qua dicit' Job. xxiiij. Ab aquis niuiū transeunt ad calorē nimiū. Ps̄ Ignis grando nix glacies spiritus pcellarū ps calicis eorū. Et penarum inferni eternitatē: Math. xxv. Ibunt hi in supplicium eternū. Et iudicij vltimi horribilitatē. Hiero. Siue comedā. siue bibā siue aliud quid facio semp illa vox horribilis sonat in auribus meis. surgite mortui venite ad iudiciū. Eccli. vij. Memorare nouissima tua et ineternum non pec. ¶ Tercio debemus resurgere cū christo. i. in nouitate vite gratie ambulare. Ro. vj. Quō xp̄s resurrexit a mortuis p gloriā patris ita et nos in nouitate vite ambulemus. Sunt multi qui postq̄ mortui fuerint in peccatis nūq̄ volunt resurgere. Prouer. xxvj. Sicut ostiū vertitur in card. suo sic piger in lectulo suo. i. in concupiscentia carnis sue. Contra q̄s apostolus ad Ephe. v. Surge qui dormis 7 exurge a mortuis 7 illu. te xp̄c. Surgamus ḡ i triduo cū xp̄o. i. in vera cōtritiōe. pura cōfessione. et pfecta satisfactione. Surgamus et immortales cum xp̄o. vt nō amplius peccatorū morte pessima moriamur. Ro. vj. Christus resurgens a mortuis iam nō morit'. ¶ Tercium qd debemus accipere vt resurrectionem nostram pbemus sicut et christus pbauit suam Probauit aūt christus resurrectionē suā tripliciter scz p ostensionem vulnerum. Job. xx. Ostendit eis latus 7 manus. Per palpatiōē carnis. Lu. xxiiij. Palpate 7 videte. Et p comestionem faui mellis. 7 partis piscis assi. Ibidem. Habetis hic aliquid qd manducet'. at illi obtulerunt ei partem piscis assi 7 fauū mellis. ¶ Tria em̄ sunt signa q̄ quis vere surrexit a morte culpe 7 peccati. ¶ Primum est ostensio vulnerum. i. peccatorū. Si em̄ peccata pure 7 clare ostenderimus sacerdoti signū est q̄ vere resurrexerim'. i. Job. j. Si confiteamur peccata nostra. fidelis et iustus ē. vt remittat nobis peccata nostra. Prouer. xxviij. Qui abscondit scelera sua nō diriget'. qui aūt cōfessus fuerit 7 reliquerit ea misericordiam consequetur. ¶ Scd̄m ē palpatio carnis qn̄ em̄ hō pmittit se palpare a penis in carne sua 7 ab aduersis i filijs 7 amicis suis. 7 ab aduersa fortuna sua in reb' suis 7 nō murmurat signū ē q̄ vere resurrexit. In oīb' istis trib' pmisit se palpari iob et in oīb' nō peccauit neq̄ stultum q̄d cōtra deū locut' ē. Job. j. Sed qn̄ murmurat in aduersis vt filij israhel. q̄ statim vt defec̄ eis aq̄ murmurauerūt cōtra moysen dicentes. vtinam mortui essem' i egipto signū ē q̄ n̄ resurrexit. ¶ Terciū ē comestio q̄ si comedit fauū mell'. i. verbū dei qd ē cib' anie Math. iiij. Non in so. pa. vi. ho. s; in oī verbo qd pcedit ex ore dei. Qd palato sano ē super mel dulce. Ps̄. Q dulcia fa. me. elo. tu. su. m. ori meo. Comedit etiā piscē assū. i. xp̄m assatū in lig̃ crucis scz in sacro altaris 7 h' digne. si signū ē q̄ vere resurrexit. Qui aūt neutrū digne comedit signū ē q̄ non resurrexit. quia nisi is qui de graui surgit infirmitate confortet' cibo moritur. Et nota hic de aīali n̄ ruminante. de quo non poterat fieri sacrificiū deo. nec erat cibus aptus populo dei. 7 significat q̄ iste qui verbum dei non masticat sed deglutit. et corpus christi nō diiudicat neq̄ discernit ab aliis cibis nō ē de p̄p̄lo dei. nec potest deo sacrificare. Et sic p3 terciū. ¶ Qrto ostendit sui testimonij ydoneitatē. quia licet ratione stat' p̄-

teriti suum testimoniū non esset efficax. tñ ratione stat⁹ in quo tūc p gratiā dei erat suū testimonium efficax erat ad credenduʒ. sicut et alioꝝ apostoloꝝ qꝛ p gratiam dei erat apostolus sicut et alij. et p eandem gratiaʒ multum p fecerat ecclesie. nec vacua in ipo manserat. Et sic patet totum de epistola.

¶ Dñica. xj. de euan. sermo. lxxxviij.

Exiens hiesus de finibus tyri venit p sydonē ad mare galilee inter medios fines decapoleos Mar. vij. Sicut dicit apl'us ad Ro. v. Sicut ex vno hoīe peccatuʒ et condēnatio pcessit in multos immo in oēs. ppter qđ omnes nascimur filij ire. multomagis ex vno homine hiesu xp̄o iustificatio ꝛ salus in oēs abundauit. Ex peccato aūt primoꝝ parentum gratiam dei pdidimus. et penas multas incurrimus. nam gratuitis fuimus expoliati et in naturalib⁹ vulnerati. Filius aūt dī veniens ī mūdum gratie dei nos restituit ꝛ naturalia nr̄a membra sanauit in parte. tandem totū corp⁹ et aīam plenarie sanaturus. De hac ḡ materia presens euangelium tractat. naʒ in ipo q̄ddam xp̄i miraculum recitat' quō scʒ linguam et aures cuiusdam sanauit surdi ꝛ muti. p que peccatoris sanatio designatur. que fit p gratie dei restitutōem. Circa quod miraculū euāgelista tria facit. Primo antecedentia miraculū describit et narrat. In principio euāgelij. Secundo ipm miraculum a xp̄o factum recitat ꝛ exarat ibi. Et apprehendens eū de turba seorsum misit digitos suos in auriculas eius et expuens tetigit linguam eius. Tercio subsequētia miraculum subnectit et notat ibi. Et p̄cepit eis ne cui dicerent. Quāto aūt magis eis p̄cipiebat: tanto magis plus predicabāt ꝛ eo amplius ammirabant' dicentes. bene oīa fecit

¶ Circa primū tria ponunt'. Primū ē aduētus saluatoris ad humanam miseriam. qꝛ exi. de fini. ty. ꝛc. Secundū ē adductio peccatorꝭ ad diuinā clementiam. qꝛ addu. ei sur. ꝛ mutū Tercium est deprecatio intercessorum p sanitate recipienda. qꝛ dep̄cabantur illum vt imponat il. ma. ¶ Primo ergo ponit' aduent⁹ saluatoris ad humanam miseriam. nā fili⁹ dei videns humanā miseriam ꝛ seruitutē durissimam q̄ sub dyaboli imperio omni famulatu vicioꝝ impie premebat. cōpassus ē ei et descēdit de celo vt eam liberaret. et vt ei pfecte cōpateretur voluit eius miserias experiri. Hebre. iiij. Non habem⁹ pon. qui non pos. cōpa. infir. no. temp. a. p omnia. Et ibidem. ij. Debuit em̄ p oīa fratrib⁹ assimilari. vt misericors fieret. Et quia in natura diuina nullā penam poterat experiri. ideo factus est homo ꝛ venit per sydonē. i. p tristiciā hūane nature. nā sydō venatio tristicie int'p̄tat'. vsqꝫ ad mare. i. vsqꝫ ad amaritudinē crucis. int' medios fines dcapoleos. i. subditus decalogo preceptoꝝ legis. qꝛ legem non venit soluere: sed adimplere. Et nota q̄ hec decapoleos h⁹ decapoleos vel decapolios idē est quod decapolis. et ē regio decem vrbium transiordanē ad oriētē posita. in cui⁹ regionis medio tyrus et sydō sunt. Sic ḡ angustias nr̄as assumpsit. amarā mortem gustauit ꝛ legem seruitutis seruauit. vt d his omnibus nos liberaret. Galla. iiij. Misit deus filium suum factum ex muliere factū sub lege vt eos qui sub lege erant redimeret. Inter miserias autem humane nature est corporalis infirmitas et macula peccati. Et ideo filius dei vt ostenderet q̄ solum in mundū venerat vt humanaʒ naturam a miserijs liberaret cepit eam ab infirmitatis miseria et a peccati macula liberare. Lu. vj. Uirtus de illo exibat et sanabat omnes. Unde istum surduʒ ꝛ mutum et corporaliter et sp̄ualiter sanauit. eo q̄ quemcunqꝫ sanauit in corpe sanauit ꝛ in aīa quia vt dicit Augustinus. Dei perfecta sunt opera. ¶ Scđo ponitur adductio peccatoris ad diuinam clementiam. quia q̄uis filius dei venerit in mundum cum sacco gratiarum et virtutum et donorum spiritussancti. paratus omnibus dare gratis. tamen homo induratus et obstinatus in malo. nolebat ad ipsuʒ accedere. vt gratijs et virtutibus ditaretur. Job. xxj. Qui dixe. deo rece. a no. sci. vi. t. no. Et ideo deus de exuberanti diuersis modis. adduxit eum ad se. Carissimi parabola hec ē temporis instantis. Naʒ filius dei stat ad ostium anime et pulsat et vult intrare ad nos cū sacco pleno omnium bonorum. Apocali. iij. Ego sto ad ostium et pulso. si quis aperu. mihi introibo ad illum. Et nos miseri obcecati nolum⁹ ei aperire. in luto fecis ꝛ ī lacu miserie potius marcescere eligentes. Sed deus ī misericordia copiosus non attendit ad miserias nostras. sed diuersis vijs ad se ducē nos cōatur. ne tātū bonum quantuʒ nobis vult dare pdam⁹. ¶ Nā aliq̄s ducē ad se p v̄bū

predicationis. dñ vero pdicatoris dat virtutem cōpungendi cor. Ps. Ecce dabit voci sue vocem virtutis. ita q peccator in ipo verbo pdicatoris cōpungit̃ et ad deū redit. Act. ij. His auditis compuncti sunt corde et dixerūt ad petrū et ad reliquos apostolos. Quid faciemus viri fratres. Per subtractionē aūt talis virtutis dicit̃ deus cor peccatoris indurare. Exo. iiij. Ego indurabo cor pharaonis. et non dimittet populum. Quod ē signū magne ire dei quādo homo in pdicatione nullo modo cōtentur. Quosdam ducit ad se p graues infirmitates. Ps. Multi sunt infirmi postea accelerauerunt. Quosdam p aduersa et varia tribulationum genera. Osee. vj. In tribulatione sua mane cōsurgent ad me. Quosdam p pspera. Ps. Confit. ti. cū benefeceris ei. Quia vt dicit Boeti. Deus facit sicut bonus medicus qui vnicuiqz tribuit sicut sibi expedire cernit. Nam quidam franguntur in aduersis et quidam dissoluuntur in psperis. et qdam in dignitate pereunt. et quidam in dignitate saluant̃ et sic de alijs. et ideo p diuersa et multa ducit ad se saluandos. Naz omnes saluandos ducit et attrahit ad se ex gratia speciali. Joh. vj. Nēo potest venire ad me nisi pater qui misit me tra. eum. ¶ Tercō ponit̃ depcatio intercessor pro sanitate recipiēda. quia deprecabantur eum vt imponat illi manuz. i. cōferat virtutem et sanitatem. Ubi notandū q p istum surdum et mutum peccator intelligitur. qui per se ad deū accedere non potest. iō oportet vt adducatur. nec p se potest gratiaz impetrare. eo q inimicus dei est. gratie autem conceduntur amicis. et ideo oportet vt amici dei p ipso orent. Job. xlij. Seruus meus iob orabit pro vobis. faciem eius suscipiam vt nō vobis imputet̃ stulticia. Et ideo quotidie peccatores cōuertuntur et recipiunt gratiam dei qr quotidie ecclesia iustor rogat pro eis deuz Ideo conuersus est paulus qr stephanus p eo rogauit vt dicit Aug⁹. Et ideo aug. cōuersus est et recepit gratiam dei qr mater eius p ipso rogauit. Unde iusti non solum sanitatē aīe sed etiam dilationem sententie dei impetrant peccatorib⁹. vt ptz in exēplo quod christus posuit d colono. qui impetrauit a dño ne ficulneā isto anno abscinderet. Lu. xiij. Optimum ē ergo habere amiciciam seruor dei. et cum eis habitare quia angeli dei nō potuerūt submergere sodomaz et alias ciuitates donec loth habitauit in eis. et pmisit deus parcerē omnibus illis ciuitatib⁹ propter decē bonos si ibi fuissent inuente. vt patet. Gene. xviij. Significatur autem peccator per surdum et mutum vt dicit Theophilus. Sic facit dyabolus peccatorem. nam facit eum mutum ne cōsilium vel auxilium a deo et sanctis petat vel pctā cōfiteat̃. Facit eū surdū ne pdicatōez et vbū dei audiat in quo possit medelam anime sue inuenire. Ps. Os habent et non loquentur aures habent et non audient. ¶ Uere et totaliter dyabolus surdum facit peccatorem q̄tum ad sex. ¶ Primo qr vocē vniuersitatis creaturarum clamātium vt deus diligatur super omnia non audit Aug⁹. Dñe celum terra mare et omnia que in eis sunt dicunt mihi. vt amem te. nec cessant hoc dicere. omnibus vt sint inexcusabiles. hanc vocē peccator non audit. quia plus amat terrena q̄ deum. ¶ Secūdo qr vocem clamoris mīe sanguinis christi non audit quaz petre audierūt et scisse sunt vt patet Math. xxvij. sed vocem clamoris vindicte sanguinis abel bñ audit qr vlcisci vult et non misereri. Hebreo. xij. Accessistis ad med. test. no. hie. et sang. asper. melius lo. q̄ abel. Uidete ne recusetis loquentem. Sanguis enim abel clamat vindictam qr absorptus est a terra. Hic cadit exemplum isti⁹ domine que recollegit sanguinem in vita. duz interficeretur vir eius. quem postea ostenderet filio vt vlcisceretur ne faceret pacem cum homicida. id est dyabolo. sic fecit terra de sanguine abel que aperiens se suscepit eum in signum vindicte et clamans vindictam. Genesis quarto. Ecce vox sanguis fratris tui abel clamat ad me de terra. Sed sanguis christi ñ est absorptus a terra. sed statim redijt ad corpus clamans misericordiam in signum q parcebat omnibus. Luce. vicesimotercō. Pater dimitte illis quia nesciunt quid faciūt ¶ Tercio quia illam tubam horribilem quam mortui audient. et ideo resurgent ipse non audit. scilicet. Surgite mortui et venite ad iudicium quam iusti semper audiunt. Hiero. Siue comedam siue bibam siue aliud quid faci. semp vi. resona. in au. me. il. tu. ter. surgite mort. ve. ad iudicium. Sed sic agit quasi sit in eternum victurus. et claudit oculos atqz aures. ita q tonitruum diuine cōminatōnis non audit. Ps. Intonuit de celo dñs et altissi. de. vo. suaz. &c. Et idō peccator assimilatur aspidi surde que

vt non audiat vocem incantantis. vnam autem figit ad terram et in aliã figit caudã. Sic pctõr desiderio et occupatõe terrenoꝝ obturat vnam aurem longitudine vite et vnã spe finalis penitentie ¶ H Quarto facit cuz surdum ne audiat pauperem clamantẽ. et dũ ipse deũ in paupere nõ audit. clamabit ipe ad deuz ⁊ non exaudieẽ. Prouer. xxj. Qui obturat aures suas ad cla. pau. cla. ipe ad deũ ⁊ nõ exaudie. vt ptz in diuite epulone. Ps. Dormierunt somnũ suum ⁊ nihil inue. o. vi. diui. in manib⁹ su. Aug⁹. Transit somnus iste. trãsit vita ista. et nihil inueniunt in manib⁹ suis. qui nihil posuerunt in manus christi ¶ Quinto ad fratrem veniã petentem. et dum ipi fratri remittere noluerit. nullum sibi pctm a deo remittiẽ. Eccli. xxviij. Relinque pximo nocenti te. ⁊ tunc deprecanti tibi peccata soluentur. homo hoĩ seruat iram et a deo querit medelã in hominem sibi similẽ nõ habet misericordiã et de peccatis suis ꝺprecaẽ. Math. xviij. Nõne oportuit ⁊ te misereri conserui tui. sicẽ ⁊ ego tui misertus sum ¶ Sexto ad legem dei pcipientem ⁊ dũ ipe non audit legem dei mãdantem deus nõ audit eũ orantẽ. Prouer. xxviij. Qui declinat aurem suam ne audiat legẽ. oratio eius erit execrabilis. L ¶ Similiẽ ipse dyabolus facit peccatorem mutuz quantum ad tria. Primo ad dei laudem quia deũ p beneficijs nature fortune et gratie non laudat. Luce. xvij. Nõne decem mũdati sunt. nouez vbi sunt. et nõ est inuẽtus qui rediret et daret gloriam deo. nisi h alienigena. ¶ Secũdo ad ad peccatorũ confessionem. Job. xxxj. Si abscondi q̃si homo peccatũ meum ⁊ celaui in sinu meo iniquitatem meã ¶ Tercio ad necessariorum deprecatõz. Contra qꝺ Eccli. xxxix Aperiet os suũ in oratione. et p delictis suis ꝺprecabiẽ. Et sic patet pmũ. ¶ Scꝺo poniẽ ipm miraculum a xpo factuz. In quo miraculo fiendo christus septem seruauit. Nam primo sequestrauit eũ a turba. Secundo misit digitos in aures e⁹. Tercio sputo tetigit linguã eius. Quarto ad celuz aspexit. Quinto ingemuit. Sexto mandauit apertionem. Septio ipm miraculum ẽ secutũ pfecte et integre. In quibus omnibus ostendit modũ quõ peccator debet curari. nã qui solo verbo oĩa creauit hũc similiter verbo poterat curare. ¶ Pmo ergo sequestrauit eum a turba. Simile fecit ꝺ filia archisinagogi quã a mortuis suscitauit. Math. ix. In quo ostendit ꝙ peccator q̃ curari desiderat debet se a mundi tumultib⁹ separare. Hiere. xlviij. Relinquite ci. et habitate in petra. In eodẽ ii. Egredimini de me. babilonis pp̄le meus vt saluet vnusquisqꝫ aĩam suam. In tumultibus eñi lites et inaudita audiũtur et aures ad mala inclinãẽ. Sen. Quotiens inter homĩes fui mĩor homo redij. Unde Arsenius magnus miles romanus petens modum sue salutis sibi reuelari audiuit vocẽ dicentem sibi. Arseni fuge hoĩes si vis saluus fieri. ¶ Secundo misit digitos in aures suas In quo ostendit ꝫm Crĩs. ꝙ digiti ⁊ totũ corpus eius erant vniti diuinitati. et ideo de digitis eius exiuit virtus in aures muti eas audire faciens. Item p digitos dona spũssancti designantur. qꝛ in digitis manus opatio est. Unde opatio christi que fuit virtus et man⁹ dei in donis spũssancti fuit. Luc. xj. In digito dei eijcio demonia. Unũ aũt de donis spũssancti. vt dicit apl̄s. j. Cor. xij. Est discretio spirituum vt hõ sciat discernere inter bonum et malum. Per hoc ĝ ꝙ misit digitos in aures eius datur intelligi. ꝙ peccatori cõuerso magis necessaria est discretio spiritussancti. p quam eligat discretum modum viuendi. et per quam de verbis scripture eliciat sanũ intellectũ. Qꝛ vt dicit apostol⁹. ij. Cor. iij. lr̃a occidit. Propterea multi facti sunt heretici. quos lr̃a occidit. quibus malus spiritus falsum et literalez sensum de scripturis suggessit. j. Joh. iiij. Nolite omni spiritui credere sed pbate spiritus si ex deo sint. Itez datur intelligi ꝙ peccator maxime indiget donis spiritussancti q̃tuz ad auditum. quia fides ex auditu habetur. Ro. x. Fides autem est donum dei ꝫm apostolum ad Eph. ij. Nunq̃ fides sine dono dei haberi potest. et p consequẽs nec salus nec vita cũ fides sit fundamentum totius salutis. Per h ergo ꝙ misit digitos in aures eius dedit intelligi ꝙ tota salus peccatoris a spiritusancto est ¶ Tercio sputo tetigit linguam eius. vt. s. ostenderet ꝙ omnia mẽbra sacri corporis eius diuina existunt et sancta sunt. et sputuz qꝺ vincula lingue soluit. Est enim omne sputuz superfluitas. sed in domino oĩa diuina fuerunt. vt dicit Theophilus. Item saliua a capite descendit p quam dei sapientia designatur que ex ore dĩ procedit. Ecclesiastici. xxiiij. Ego ex ore altissimi prodij. Per sapientiam aũt dei omnes sanantẽ. Sap. ix. Per sapienti

am tu. omnes sanati sunt. Idõ ergo sputo te
tigit linguam eius vt ostenderet q omnis sa-
natio a sapientia dei est. que p sputum christi
intelligitur. Per saliuam ergo istam q̃ a capi
te xp̃i pcessit gratia spiritussancti designat q̃
a christo capite totius ecclesie pcedit in omia
mẽbra ecc̃ie. Job. j. De plenitudie eius o. ac.
nos gratiam. Inter oia aũt mẽbra lingua ma
gis indiget gratia spiritussan. ppter qd spũssan.
super ap̃los in specie lin. descendit vt ostende
ret q peccator indigerz gratia spiritussancti ĩ
lingua. Et ideo sputo tetigit linguam eius. vt
scz sanaret in lingua. et deinde sancta et sana
verba pferret. Jaco. iij. Lingua constituitur
in membris nostris que maculat totuz corp⁹
inquietum malũ est plena veneno mortifero.
Item saliua est medium gustus 7 est saporuz
discretiua. ideo si corrupta fuerit decipit gu-
stus in iudicio saporum sicut ptz in febricitan
tibus. quibus ppter amarum humorem q̊ pa
latum infectum est. cibus qui dulcis est amar⁹
videtur. Si aũt bene disposita sit saliua bene
iudicat gustus. In saliua eñ intelligitur gra-
tia quam dñs dat affectui q̃ affectus sanatur
vt sapiant ei res put sapere debent. sine qua
amarum videt dulce et econuerso. Palatuz
sic corruptum habent peccatores quibus spi
ritualia disipiunt 7 carnalia sapiunt. Isaie. v.
Ve qui dicitis malum bo. et bonum mal. po
nentes amar in dulce 7 dulce in ama ¶ Quar-
to suspexit ad celum. vt ostenderet q omẽ da
tum optimuz 7 oẽ donuz pfectũ desur. est de-
scendens. vt dicit Jaco. j. Ex nobis eñ pos-
sumus deficere sed non aliquid facere. Job.
xv. Sine me nihil potestis facere ¶ Quin-
to fleuit vt ostẽderet q̃ difficile sit sanare pec
catorem quem sanaturus fleuit. Aug⁹. Ma-
ius est facere de impio piũ q̃ creare celũ 7 ter
ram. Idẽ fec sup lazar mortuũ dũ eũ a mor-
tuis suscitauit. per quem intelligit peccator.
Item fleuit vt ostẽderet q pcto:i ppatiendũ ẽ
eo q ip̃e sit in magna miseria ↄstitut⁹. nã oia
mala et infirmitates ppt pcc̃m ei euenerũt. Itẽ
fleuit vt ostẽderet q sup oia de morte peccato
ris flendũ ẽ. 7 de morte aĩe magis q̃ corporis
Hiere. vj. Luctum vni. fac ti. plan. am. Qr
mors pctor pessima. Ps̃ ¶ Sexto manda
uit ap̃toz di. Effeta qd est adaperire vt cogno
scas deũ creatorẽ tuũ 7 r̃deptorẽ tuũ. pmiorẽ
tuũ et glorificatorẽ tuũ. Apire vt cog̊scas sta
tum pessimũ in q̊ eras. et optimũ in q̃ es. Api
re vt cognoscas penas 7 mala a quibus te ab
solui et gratiã 7 bona q̃ tibi feci. Apire vt cog̊
scas finem tuũ et exitũ tuũ. vt amplius nõ pec
ces. Eccli. vij. Memorare n. t. et inete:. n. pec.
¶ Septio ip̃m miraculũ pfecte secutũ est. qr
statim apte sunt aures ei⁹ 7 corpis et mẽtis et
solutũ ẽ vinculũ lingue ei⁹. Quemcũq3 ei xp̃c
sanauit in corpe. sanauit et in mente. Et ideo
postq̃ xp̃s p gratiaz soluit eũ a pct̃is. dyabo
lus in eũ potestatem amisit et p cõsequens vĩ
culũ q̊ linguã ei⁹ 7 aures ligauit ẽ solutũ et lo
quebatur recte. qr christ⁹ linguã ei⁹ saliua sua
tetigerat. i. sapiam 7 gr̃am recte loquendi ĩ lin
gua eius posuerat. N ¶ Ubi notandũ q
dyabolus peccatorẽ tenz ligatũ q̃tuor vincu
lis ¶ Primo vinculo pudoris ne peccata cõ
fiteat. Hũc pudorez excludere debet pudor
finalis iudicij. Nau3. iij. Reuelabo pudenda
tua in facie t. et ostẽdam gẽti. nuditatẽ tuã.
¶ Secũdo vinculo impũitat peccoz vt pec
care nõ timeat. Cõtra qd Eccli. v. Ne dicas
peccaui q̊d et accidit mihi triste. Altissim⁹ eñ
patiẽs redditor. Eccl̃s. viij. Quia ñ pfert ci-
to contra malos sen. filij ho. absq3 vl. ti. ppe.
ma. ¶ Tercio vinculo desperationis de venia
et diffidentia a pcc̃o cauendi vt peccare ñ de
sistat. Gene. iiij. Maior ẽ iniquitas mea q̃ vt
veniam merear ¶ Quarto viculo stulte spei
finaliter penitẽdi vt gaudeat bonis mũdi. Cõ
tra qd est illud Eccli. v. Ne tardes conuerti
ad dñm 7 ne dif. de d. in diẽ subi. e. ve. ir. il. et
in tẽ. vin. disper. te. Quia nescit hõ finem suũ
Eccli. ix. Oia vincula ista saliua dei. i. gr̃a dei
rumpit et facit hoĩem recte loqui. Naz cõtra
primũ vinculũ di. istud Eccci. iiij. Est confu-
sio adducens ad ignominiam. et ẽ cõfusio ad-
ducẽs ad gloriã et gr̃am. Contra secundũ d.
Aug⁹. nullũ malũ impunitũ nullũ bonũ irre-
muneratũ. 7 iõ si nõ puniar h. puniar alibi diu
nus. Cõtra terciũ dicit Ps̃. Miserat õẽs ei⁹
su. oia o. eiu⁹. Et iõ maior ẽ miscdia dei q̃ om
nes iniquitates mee. Et maius est resuscitare
mortuum q̃ cõseruare viuum. Qui ergo me
a morte peccati suscitauit in vita gratie cõser-
uabit. Contra quartum di. beatus Bernha.
Qui tibi promisit veniam de cõmissis diem
crastinum non spopon. Et sic patet secunduz.
¶ Tercio ponuntur subsequentia miraculum
quia precepit eis ne cui dicerent. Ipi aũt mul
toplus eum predicabant et ad amplius ãmi-
rabantur. scilicet tam de miraculosa operatõ-

ne 7 pfecta. et de humilitate tā profunda. Et ideo eius magnalia predicabant dicentes. bene omnia fecit. 7 surdos fecit audire. 7 mutos loqui. In quibus verbis salubria exempla habemus. et primo habemus vnū exemplum ex parte xpi scz opera nostra bona celandi. s. ne a vento vane glorie arescāt. Quelibet em̄ res habet stimulum suum. Stimulus bonorum operum ē vana gloria q̄ bonis opibꝫ insidiat' vt peant. Simile exemplū dedit nobis in trāsfiguratōne. qn̄ mandauit discipulis suis ne alicui dicerent visionem. Math. xvij. Attendite ne iusticiā vestram faciatis coram hoīb꞉ vt videamini ab eis. Mat. vj. Ideo lampades qn̄ꝫ virginū fatuarum fuerunt extincte. q2 erāt plene vēto vane glorie. nam in bonis opibus que fecerūt ventum humane laudis quesierūt. Contra quod Luc. xvij. Cū oīa feceritis que precepta sunt vobis di. ser. inu. su. Ex parte aūt istoꝝ qui adduxerunt mutū ad iheſuz habemus tria exempla ¶ Primū ē vt opa dei magna predicemus. q2 q̄uis christus mādauit eis ne alicui dicerēt hoc fecit ad nostrū exēplum. tū ipe volebat vt dei opera predicarent ad laudem dei et ꝓximi edificatōnem. vt Greg⁹. di. Tho. xij. Opera dei reuelare et cōfiteri honorificum est. Ps. Annunctite inter gentes opera eius et narrate mirabilia ei⁹ Scd̄m est vt facta dei nō scrutemur ſꝫ admiremur. Prouer. xxv. Qui scrutator est maiestatis oppri. a gloria. Eccli. iij. In plur. hoperibus dei ne fueris curiosus. Admiremur ergo dei potentiam qua omnia creauit. dei sapientiā qua omnia ordinauit. dei clementiam qua ꝓ nobis fieri hōo et mori voluit. dei caritatem. qua se nobis ad manducandum dari ordinauit. dei gratiā et dei iusticiam qua electos p̄destinauit. et qua reprobos presciuit. et nihil hoꝝ scrutemur. Nam q2 primū scz dei potentiam circa mundi creatiōem. Arestoteles et alij quidam voluerunt scrutari errauerūt dicentes mundū stetisse ab eterno. Quia vo scd̄m scz dei sapientiā circa reꝝ ordinationeꝫ quidam voluerūt scrutari errauerunt dicētes omnia a casu et fortuna euenire. Eccle. ix. Vidi sub sole nec fortium bellum. nec artificū gratiam. nec sapientum panem. nec velociū cursum. nec doctoꝝ diuitias. sed tempus casum꞉ ꝗ in omnibꝫ. Sed q2 terciū scz dei clementiā circa salutem humanam. quidam volunt scrutari infatuantur 7 incidunt in errores reputātes insaniam ꝙ deus sit factus homo et mortuus. vt iudei et saraceni. j. Cor. j. Nos autē predicamus christum crucifixū. iudeis quidē scandalum. gentilibus autem stulticiā. Quia autem quartum scz dei caritatem qua se nobꝭ voluit ad manducandū dare. quidam volūt ꝯquirere recedūt a fide dicentes. Durus ē h sermo qui potest eum audire. quomō pōt hic carnem su. no. da. ad man. Joh. vj. Quia vero quintum. scilicet gratiā et dei iusticiam circa predestinatōnem electorum. et prescientiā reproboꝝ quidam volunt ꝑscrutari errātes dicentes omnia de necessitate euenire 7 predestinata 7 pscita. et quicunꝗ sunt predestinati de necessitate saluabunt'. et similiter presciti necessario damnabuntur. Tercium est vt confiteamur ꝙ christus semper bene omīa fecit. et omnia benefacit. q̄uis mlt̄a distorta nobis videntur. Boetius. Et tu q̄uis causaz tāte dispositionis ignores recte fieri cuncta ne dubites. Et sic patet tercium.

¶ De epistola sermo. lxxxix.

Fiduciam talez habemus per christum ad deum non ꝙ sufficientes simus cogitare aliquid ex nobis. ij. Cor. iij. Apl's in hac epistola dirimit quandam cōtrouersiam q̄ maxime erat tpe suo 7 fuit etiam tempore christi scilicet ꝙ ministri et discipuli moysi et veteris legis erant maioris intelligentie q̄ ministri noue legis. scilicet discipuli christi. Johannis. ix. Tu discipulus eius sis. nos autem moysi discipuli sumus. nos scimus quia moysi locut⁹ est deus. hunc autem nescimus vnde sit. Hāc questionem apostolus in presenti epistola soluit ostendens ꝙ ministri noue legis et discipuli christi sunt maioris excellētie q̄ ministri veteris testamenti et discipuli moysi. In qua quidem epistola principaliter. tria facit. Primo quia intendebat se cōmendare cum ministris noui testamenti cuius ipe minister erat. ne credatur ꝙ ex superbia hoc dicēt. a se presumptionem excludit ostendens ꝙ talis excellentia et omne bonum quod habebat a gratia dei procedebat. In principio epistole Secundo excellentiā mīstroꝝ noui testamenti respectu mīstroꝝ ve. testamēti subiūgit ibi Qui ydoneos nos fecit mīstros no. te. Tercio talē excellētiā ꝑ duas rōes ꝓbat. pria ibi ꝙ si ministratō mortꝭ li. te. Secunda ibi. Nā

si ministratio dānationis. ¶ Primo ergo ex cludit a se presumptiōem attribuēs omne bonum gratie dei dī. Fiduciā talē.i.talia loquē di habem⁹ ad deū.s.intendētes.7 hoc p xpm i.p merita xpi 7 nō propter merita nostra.qz vt dicit' Hiere.xvij. Maledict⁹ vir q̄ cō.in ho.7 po.car.brā.suū. Benedict⁹ hō qui con. in do.7 e.do.fi.ei⁹. Loquimur ḡ in virtute xpi qz nō sumus sufficiētes cogitare aliquid a nobis.nedum loqui qd vere aliquid sit.s. bonū tāq̄ʒ a nobis agentib⁹ 7 mouentib⁹ principaliter. Job.xv. Sine me nihil potestis facere. Philip.ij. Qui operat' in nobis velle 7 perficere .p bona voluntate. Ergo 7 cogitare et velle 7 pficere quod cogitatū ē. deus in nobis opat'. Isai.xxvj. Oīa opa nostra operat⁹ es in nobis dn̄e. Mali aūt volunt 7 cogitant et operāt' mala absq̄ʒ deo. qz sine ipso factū est nihil.i.peccatū.sed sufficiētia nostra ex deo ē sup.in omni bono. Aduertendū tn̄ est hic qz p hec verba nō aufert apl'us potentiā cogitādi bonū ab homine 7 a libero arbitrio. sed sufficientiā solū.q.d. Ex sua conditiōe hō hʒ potentiā cogitandi bonū sed exire in actū bonū non pōt nisi p gratiā dei qd esset a se sufficientiā habere.j. Corin.xv. Non aūt ego sed gratia dei mecū. vnūquodq̄ʒ eoꝝ que sunt ordinata ad vitā eternā adipiscendā.s. principium 7 cōsummatio est a deo.j. Regū.iij. Ego īcipiā 7 ego cōplebo. Et sic patet q̄ propria virtus hominis non sufficit ad salutē. Augl. Sine te dn̄e nihil sunt omnes conatus mei. Nihilominus tamē hō debet firmiter credere q̄ diuinū auxiliū ei nō deerit nisi fuerit ī culpa. Et ideo debet facere posse suū 7 laborare q̄ diuinū auxilium ei assit. 7 debet ideo orare elemosinas facere.ieiunare 7 alia bona facere vt auxiliū dei mereat' etiaʒ si sit ī peccato mortali.qz nō vult dicere apl'us.q̄ sine gratia dei nihil boni possumus facere cū videamus homines gratia dei carētes multa bona facere. sed vult dicere q̄ nihil boni meritorij vite eterne possum⁹ facere sine gratia dei. Roma.vj. Gratia dei vita eterna. Sine ergo gratia gratuʒ fac ēte multa bona possumus facere. Sʒ sine gratia gratisdata nihil omnino boni possum⁹ facere nec esse nec subsistere nec viuere. Et iō notandū q̄ tripliciter hō deficit ex seipso. DC ¶ Primo deficit ad subsistenduʒ Secūdo ad bene viuendū. Tercio ad suum desideriū implendum. ¶ Primo ergo deficit ad subsistendū. Et hoc patet quo ad tria. ¶ Primū est.quia esse suū cōseruare nō pōt indiget enim deo cōseruante. Greg. Omnia enim que de nihilo sunt in nihilū tenderēt nisi ea omniū auctor manu regiminis teneret.ī diget cibo quē de⁹ ei per creaturas suas administrat. Psal. Aperis tu manū tuā 7 iples omne animal benedictiōe. Ex quo patet magna ingratitudo peccatoꝝ qui cū a deo pseruentur 7 sustententur ipsum impugnāt 7 seruos suos molestant propter qd digne merētur priuari vita 7 omnib⁹ bonis. Exemplum de filijs israel qui cū a deo nutrirēt' cibo optimo angeloꝝ murmurabāt 7 fuos eius.s. moysen 7 aaron molestabāt..ppterea ignis de celo cōsumpsit eos.j. Corin.x. Neq̄ʒ murmuraueritis sicut.qui.e.mur.7 pi.ab exterm. ¶ Secundū ē q̄ psonam suam ab hostibus defendere nō pōt.īmo a demonib⁹ cito perimeret' nisi auxiliū angeloꝝ ei adesset. Psal. Angelis su.mā.de te.vt custo.te ī oīb⁹ vi.tuis. Ex quo patet magna rusticitas peccatoꝝ q̄ angelos nō reuerent'. Unde phus.d.q̄ si quis ignorat an nix sit alba 7 an parētib⁹ 7 dijs.i.angelis reuerētia sit exhibēda.indiget sensu vel pena. Unde sicut ignorās an nix sit alba ē cec⁹ ita ignorans an angelis sit reuerentia exhibēda est verberand⁹ 7 multomagis qui hoc scit 7 eos non reueretur 7 maxime qui angeloruʒ dominum in magna reuerentia nō habet.

¶ Tercīū est quia bona sua tueri nō pōt. q̄n ab ipso recedant 7 ipse ab eis. quibus ablatꝭ eius subsistentia remouetur. Boe. Relinq̄t enim te.s.fortuna quā nō relicturam se nemo vnq̄ʒ poterit esse securus. Quid igitur referre putas siue illam scilicet fortunam moriēdo deseras aut illa fugiendo.j. Thimo.vj. Nihil intulimus in hunc mundum nec auferre quid possumus. Ex quo apparet magna stulticia peccatorum.qui in suis bonis confidunt Isai.xxxvj. Ecce cōfidis super hac. arun.cuius innix.fu. homo cōminutus.intra ma.ei⁹ 7 perfo. eam. Bona principia sunt baculus arundineus qui est frondosus extra et vacu⁹ intus.7 stabilitatem non habet.qui ergo innititur ei 7 confringitur. ¶ Secūdo est homo insufficiens 7 deficit ad bene viuēdum.quod patet q̄ntum ad tria. PC ¶ Primum est quia non potest bonam vitam inchoare. Initium enim bone vite est bona cogitatio 7 bonum .ppositum. Sed vt dictū est supra. hoc

ex nobis ⁊ p nos habere nō possum⁹. Ex q̊
apparet ꝓsumptio multoꝝ dicentiū quando
voluero mutabo vitā ⁊ corrigā me. Roma.
ix. Nō est volētis neqꝫ currētis. sed miserētis
dei. Hec est ꝓmissio nequissima que multos
ꝑdidit. vt dicit Eccle. xxix. ¶ Secūdum est
qꝛ postqꝫ vitā bonā inchoauerit nō pōt ī ea
ꝑseuerare Greg. Cito bonū amittit nisi a lar
gitore custodiatur. Augꝰ. loquens de negati-
one petri. Hic agnoscitur qꝫ verū sit sine me
nihil potestis facere. ecce ad vnius aure ī pul-
sum firmissima colūna tremuit. Ex quo patet
stoliditas quorūdā. qui cū sint in bono statu
vt eis videtur non timent de casu nō attēden
tes ad illud. j. Corin. x. Qui se existimat stare
vi. ne. ca. nō curant deū ⁊ sanctos rogare. vt ī
bono statu cōseruentur. Ubi attendendum
qꝫ indiscreta presumptio firmitatis multis fu
it occasio ruine. Ideo petrus vilius ceteris ce
cidit. quia pre ceteris ꝓsumpsit. Augꝰ. Mul
